

199

Ar
aut
Hie



Aut propter meliores epulas, et me conviva utere;
aut gratulor hanc mea aenula contentq̄ esto.
Hieron. ad Sammas.

Funeris planctus ritus apud Iudeos

recepti: ex Jac. Bonfrer. in Gen. 50. p. 339.

Hacerant solennia in luctu funebri. **III** Jejunium usq ad vespas patet ex 1 Reg. ult. v. ult. et 2 Reg. 1 vers. 12. et 2 Reg. 3 to 35.

II. Fletus. Ha in oibz fere funeribz, Aaronis Num 20 vult. Moysis. Deut. 34. Saulis et Jonathae 2 Reg. 1, 12. et c. 3 32 et 34. Josiae 2 Par. 35, 24. Matathiae, Juda, Jonathae Marc. 1. 1. hunc fletu legimus adhibitu.

III. Virtutu defuncti comemoratio et laudes, de qua re paulo post.

IV. Lamentationes et Lesti, i. g. lamentabili voce vel cantu lugubri recitati: et hic proprie planctus, q tum in hoc (Iacobi) tum in alioru funere passim adhibitus legitur. Verum notandum, hunc planctu fere pmissu fuisse laudibz defuncti. Hic rei luculentu exemplum habes in Davide plangente Saul et Jonatham occisos 2 Reg. 1, 17 seqq. Planxit autem David planctu secundu sup Saul et sup Jonatham filium eius, et ait: Considera Israel. Mem hic rei praetaru vestigiū habes in funere Abner 2 Reg. 3, 33. seq. Item nonnullu e vestigiū in funere Juda Maabaei Marc. 9, 20 seq. Id ipsu indicatū fuit in Juale Josiae ab Jeremia Propheta 2 Paralip 35, 25. Eisdem rei nonnullu habes vestigiū Jer. 22, 18. ubi de Joakim Rege Juda praedicit, eū in morte non esse plangendu, vel honorifico funere offerendu, sed insepultu sine funeris honore deesturu. Similis ritus ap. Romanos fuit, q in ea re breves mulieres adhibebant.

V. In hoc planctu secundu nonnullos adhibebat manus compulsio, idē pbant ex Jer. 22. Et non gerebant ei. hanc n. compulsione gereptionis nomine intelligunt. Hanc n. probatio nullig momenti e, est n. eadē vox in Hebr. **קָפַץ** suprad q membro praecedenti, cum dicit: non plangeat eum: significatq in genere plangere. Responde itaq, Cur Hieron. ibi contrariare viderit, fuit, ne eadē vocem repeteret, qm Hebr. Chald. et LXX repetit. Nihilominus p se satis verisimile est, huiusmodi compulsione, pectoris, femoris pmissione, aliosq gestus similes, q animi

dolorem indicarent, in planctu adhibitos, maxime cum et
in alijs luctibus legimus vestitus scissorem, capiti in jectos ciner
ves, assumptos glaucioru sacros, capita ad terram allisa.
Quod etiam ad corporis incisionem cultros, et pilorum capi
tis emulsiōne ad usq calvitium, assumpta legimus, ad animi
dolorem indicandū: sic n. Jer. 16, 6. non sepelietur, neq
plangentur, et non se incidet, neq calvitium fiet peris.
Haec tñ. à Judaeis non usurpata, q religiosiores erant, sed
ab ijs ducebat, q Gentiliam ritus imitabant, siquidem
id lege div prohibitu fuerat Lev 19, 28. Deut 14, 1. Neq v.
hominis in planctu ritus eos delectabant, q resurrectionem
et meliorem vitam expectabant, quocirca nec tunc ullo modo
censuerim adhibitos: ut in funere Jacobi Patriarchae.

Hic Bonfrer. l. c. ubi et de Aegyptijs addit:
An n. peculiaris aliquis ritus ab Aegyptijs usurpatis soliti in hoc
Patriarchae) funere adhibiti fuerint, eto certo definiti non
possit, p̄ea q tota haec res Josephi auctoritate et directione
conficeretur; credi tñ. potest non improbabiler ita factu
quāq de verberatione, ea, quā habet Herod in Esop. di
bitari merito possit, moderatam tñ. verberationē non omnino
rejecerim. Ritus funerū Regiorū apud Aegyptios (eosiem
verisimile est adhiberi solitos in aliorū divorū honoratorū
funere) refert etiam Diod. Sic. l. 1. sed q parū distent à ritibus,
quos Hebraei vulgò usurpabant, nem laueras vestiu, cinerum
vel luti in capite adsprio, virorū et foeminarū per urbem
circuitio, laudū defuncti celebras, à vino, carnibus, omni lau
titia, balneis, unguentis, lectorū fragulis, re venerea, festiva
latitia abstinentia, luctu publico, funebribus in laudem de
functi oratio, inter caetera recensent. Addeit verò, tum in
hoc regio funere, tum in aliorum funere pmissu cuius fuisse
defunctū, si qd p̄verse in vita egisset, accusare, et si qd
vera esse deprehenderent, q adfererent, defunctum
sepulturae honore privarent. Hec tñ. Bonfrer.

In hoc Volumine habentur:

1. L. Mart. Geierii de Chronica
Midi &c.
2. Jac. Andr. Crüsy tr. de Ne-
ce & nocturnis officijs.
3. Joann. ab Affelen Vir Poli-
ticus.
4. Jos. Jonstoni de Festis He-
braeorum & Graecorum,
cum Append. Philol. p. de
Ling. Veteris Testamenti.

VIR
POLITICVS

Genio & Virtuti

Illustrissimorum Principum ac
Dominorum,

Dn. HENRICI IVLII postulati Episcopi
Halberstadensis,

&

Dn. PHILIPPI SIGISMVNDI po-
stulati Episcopi Verdensis & Osnabur-
gensis,

Fratrum Germanorum; Ducum Brunsvicen-
sium & Lunæburgensium, &c.

(ut aeterna fidei in ipsos & obsequii esset nota)

Dedicatus per

IOANNEM AB AFFELEN.

Io. Fil.



ROSTOCHII

Exprimebat Christophorus Reusnerus

M. D. C.



VI Rempublicam sal-
 vam nolint, quam in-
 ter homines insigniter
 improbos, imò inter
 belluas specie humana
 donatas censendi; obvium, Henrice
 Julii, Philippe Sigismunde, genere Du-
 ces, dignitate Principes, virtute He-
 roes illustrissimi, nemini esse non po-
 test. Eorum qui bene illi velint, quam
 sint plures, quàm qui rectè de ea sentiant,
 ex re ipsa vobis, inter primos Roma-
 ni Imperij Principes constitutis, si cui-
 quam, constabit maximè. Vti enim de
 scientiis omnibus ab Aristotele dictum
 est, a insitum a natura nobis scientia- a Lib. 2.
 rum amorem, sed non unum, nec ejus- Metap.
 dem rei, omnibus: ita de studio politico
 disputationem hoc omnino nullam in-

currit, hominis politici titulum neminem hodie nolle merere, sed nec una acquirendi, nec dignitatem ejus ornando, defendendi ratio placet omnibus. De Republica quidem, eorum quae in manus nostras pervenerunt, hujus seculi scripta excellunt, Justi Lipsij, Joannis Bodini, Petri Gregorii. Verum ex Gregorii, hominis lectionis plurimae volumine, quos ille flosculos fortè ad-

aIn init. lib. I. mixtos voluit nominare, a qui ita tollat, uti nec lolium relinquat, nec rosas ledat, à me facillimè, Epitomatorum & Exenteratorum poena non teneri, judicabitur. Bodinus autem, si summa diligentia, antiquorum de Republica commentaria nobis collecta tradi disset, disputationum nugas, de constantia Gallorum, levitate, crudelitate, lauro indigna castitate Germanorum, & reliquum ejus farinae fursur, scholis suis reservasset, scrupulum certè minus hominibus pragmaticis iniecisset, navem

sey

POLITICVS. 5

se, quam non ascenderat, è terra guber-
 nasse. De Lipsio veniam rogatam im-
 peiratamq; velim, si de eius scripto
 (quod qui non gustarit, ex ijs Principi-
 bus qui literas norunt, mihi non satisfecit)
 & sancte sentio, & ipsius autoris
 sententia a subscribo, magis ejus lectio- a In E.
 nem illi qui Archinautam seu Princi- pist.
 pem in nave agit Politica, quam nautis
 & administris, usui fore. Qui ut ha-
 beant, tamen multa quæ observent;
 notis, ibi, multis, quæ de ipsorum status
 indicent, describantur; mihi saltem alio
 argumento, relicto & Principe & ipsa
 Republica, presse minus & distinctius
 disputare liceat ijs de rebus, quæ vel
 potissimum, vel omnino adesse necessum
 sit, antè quam commodè quis ad hanc
 centuriam ascribi, vel dignitati deinde
 hominis politici, domi forisq; satisfacere
 possit. Cujus si quis ex me instituti
 rationem querat, non negarim, in pa-
 triam me, redientem, dum formam

6

V I R

mei & animi & ingenij vobis, Principes Illustrissimi, quorum non minus à salute quam nunc salus patrie meae dependet, redderem; docere hoc voluisse, non animum mihi, sed occasionem defuisse eorum acquirendorum, quae in alijs ego admiror, quia patriam ijs & meam, & omnium, ornari aequè ac juvari posse existimem, licet ipse ea non habeam, sed desiderem. Id si vel arrogantiam, vel calorem sapit juvenilem, magis uti sapiat, dico expresse, me Diogeneum de Repub. $\epsilon\pi\epsilon\chi\epsilon\pi$ ita aversari, ut nec Ciceroni aliter sentienti certa nisi lege subscribam. Quod enim ille ad rempublicam ut accederent instructos, postea non accedentes probabat, a mutiam omnino olet philosophiae Cynicae: hic verd, quod ijs rempublicam non capessentibus vitio non dandum opinatur, qui excellenti ingenio doctrinae se dediderunt, b de ingenio nimis abundante & igneo intellectu

a Laert.

in Diog.

b Lib. 1.

OF.

tum ve

POLITICVS. 7

Etum velim. Ego de Repub. dixerim,
 ut de morte loquutus fuit homo impius
 sanctissime; ejusdem, scilicet, esse le-
 vitatis, c ad rempub. velle accedere, cJulian.
 cum non liceret, & nolle accedere, cum apud
 oportunum foret. Iam ad rem ipsam Ammi-
 quod attinet, ut intelligatur quis sit is,
 de quo à nobis disputabitur, homo po-
 liticus; Peritum dicimus esse scientie
 civilis, ita ut magno in Imperij vel Re-
 gni, (de eo enim genere imperandi ac
 parendi nostra loquitur oratio potissi-
 mum) administratione, domi forisq;
 usui & emolumento esse possit. Hunc
 uti ab injuria nostri seculi vindicemus,
 si quis eum esse posse opinetur, qui vita
 & moribus Aulicum, prudentia quasi
 Politicum præ se ferat, illos scito, qui a Plutar-
 bus optimè conveniat epitaphium regis De fort.
 Assyriorum, a parum nos manere: Sal vel virt.
 lustianum ingenium, b aut vix, aut Alex.
 nusquam agnoscere; ei verò qui nobis b Vide
 satis est facturus, tot tantisq; rebus opus Tacit
 lib. 3.
 esse, Annal.

esse, ut quibus omne vitæ spacium, ad-
 discendis, acquirendis, peragendisq; mi-
 nus fortè suffecerit, quam abundarit.
 Quæ qualia sint, uti proponamus quam
 planissimè, reservata ad calcem ea par-
 te que dicat, qualem se passim gerat is
 qui semper & ubiq; officio hominis poli-
 tici sit satisfacturus; primùm de iis, quæ
 desideramus in illo qui velit merere no-
 men hoc verè augustissimum, ita dice-
 mus, ut quatenus illi scientia literarum,
 & quarum potissimum, quanta deinde
 rerum experientia, & quarum opus sit,
 ordine quam maximè perspicuo edisse-
 ramus. Hoc prius admonitum velim,
 Ideæ me, ut in artibus sit, fingenda
 Pluteum tantopere non cedere, ne po-
 rius discursu (ut hodiè loquuntur) poli-
 tico uti velim videri, ubi ex re ipsa,
 consilium mutari posse non negem. Iu-
 ris studium & Historiæ ad vitam poli-
 ticam aptissima: non ut à philosophia
 nulla prius requiratur expositio. Pere-
 gri-

POLITICVS. 9

nationum & armorum rationes multis
occafio denegat, aliter agant; qui ad
pharum nostrum navigarit, nemine ap-
pellet infelicius; modò id teneat, ad
formandum Politicum, eandem requi-
ri massam, quæ ad virum bonum, cui
scilicet Epictetus probè acclamarit, ò
homo, vide quò immittas, num purga-
tum sit vas. a Nemo, sine summo labo- a Gell.
re & industria, præceptorum nostro- lib. 17.
rum singula exequetur; neminem, se
executum ea esse, aut saltem quam pro-
ximè accessisse, penitebit.

De literis due in primis sunt sen-
tentia, quarum altera rejicienda o-
mnino, altera parum sibi constare vi-
detur. Vna est eorum qui literas homi-
ni Reipub. adfuturo maximè obesse
ideo existimant, quod vel animum de-
linimentis literarum effœminari, vel
falsa prudentiæ persuasione inflari, vel
deniq; literarum peritissimos vitiis in-
quinatissimos appareat. Et hi primum

A. 5 in

In eo errant, quod non vident barba-
 rum illum omnium literarum contem-
 ptum, ad veram fortitudinem equè ni-
 hil contulisse, ac sana illarum tracta-
 tione illi adimitur, neq; unquam usum
 literarum effœminationi occasionem
 dedisse, sed abusum illorum qui torpe-
 dini suæ & nimio otio frivolum vela-
 men studiorum induunt. Quieta est
 studiosorum vita, sed ita, ut qui rectè
 vitam hanc quietam colere possit, ad
 res summas gerendas idoneus sit futu-
 rus. a Quod si quibusdam id accidit,
 in Epist. quod Musicam solet discantibus, qui ar-
 ad Ma- tis primum suavitate, quasi poppysma-
 trid. te deliniunt, nimia deinde dulcedine
 capti omnino mollitia diffluunt, non
 studijs, sed discantium perversitati est
 imputandum. Perdiderunt, esto, Resp.
 suas homines doctissimi Pisistratus, Cli-
 a Xen. i. tias, Alcibiades, a quod doctrina abusi
 ακμυ. fueram; atque artibus iisdem instru-
 ti suas servarunt, ne plures nominem,
 Xen.

POLITICVS. 11

Xenophontis Agesilaus, Lysidis Epami-
 nondas discipulus. b A Lucullo certè b Xen:
 quia literas apprime coleret, c non mi- in Age-
 nus commode Respub. fuit administra- fil. & de
 ta, quàm à C. Mario, qui discere eas Rebus
 noluerat. d Quod autem falsa persua- Græc.
 sione scientiæ animos inflari querun- lib. 7.
 tur, facile concedi potest, ubi & per- c Cic. in
 sio scientiæ, & ipsa scientia falsa Lucull.
 utraq; sunt: vera scientia nemo un- d Sal-
 quam fuit imbutus, qui se ipsum ne- lust. in
 sciat, se qui norit, quomodo peccato- Jugurt.
 rum, quorum inter prima fastus, condi-
 tionem ignorabit. a Iam de vitijs docto- a Com-
 rum quod causantur, idem est ac si ad min.
 eas qui medicamenta vendunt accedi comm.
 nolint; quia & toxica vendunt, & præ- lib 10.
 terea ipsi sæpè laborant. Mihi sanè, si
 quid præclari à Philosopho doceatur,
 nihil videtur absurdus, quam ideo ob-
 temperare nolle, quod optimis præceptis
 vita præceptoris minus exacte respon-
 deat: a nec scientia magis aspernan- a Ser
 da, beat. de vito

AG

da, beat.

da, quia summa sæpè apud vitiosissimos, quam frumentum Ægypti, quia foriè in arenas Arabiæ invenias effusum. Altera de qua innueramus sententia illorum est, qui opinantur nunquam ad Rempub. aditum patere illi, qui in literis parum desudavit; qui si ita loquantur, ut de ijs dicant, qui nomen scribere vel recitare nequeant parentis sui, difficile est, ut ne ijs concedatur, ejus prudentiæ, quã forte annorum aliquot peperit experientia, vim tantam esse non posse, quam quæ multorum seculorum exemplis in librorum monumentis positis sit confirmata: Si vero solam multarum literarum scientiam summam nominent ad vitam pragmaticam organon, quam misere ineptiant, pluribus disputare nihil ad quicquam pertinuerit. Sæpius enim ad laudem atq; virtutem naturam sine doctrina, quam sine natura valuisse doctrinam, unus omnium loco, M. ille Tullius exemplo

POLITICVS. 13

emplo esto. Quis illo ore tenus doctrina exercitus animum bonis artibus minus induit? erat ille certe ut nihil minus quam miles, a sic nihil magis quam homo inconstans id quod & scripta privata b & insigne mortis Epiphonema c declarant. Quid? ex hac classe nostri homines, suadendone vel patrandone, præceptis vel rebus aptiores? Quotus eorum, neminem nomino, qui vel præclarissime de gubernanda republica diserverunt, rem manu, quam calamo vel lingua iuvare maluit? Ex altera profecto parte constat ratio: à Romulo ad Cæsares usq; vix centesimus qui rempub. administravit ex eorum numero qui lauream doctrinam meruerunt. Vir militaris tantum, ut ipse fateatur, Hannibal erat, attamen ita cum bellorum casus erudierunt, ut unus omnium senatorum patriæ & sentiret quam optime, a & loqueretur quam gravissime. Apud Cyrum Cæso
 eius

a Flor.
 in Epit.
 Liu.

dec. 12.

lib. 1.

b Vide
 Epist. ad
 Artic.

c Plu-
 tarch. in
 Cic.

a vide
 Liu. in
 fin. dec.
 3.

b vide i-
 pfum in
 orat. ad
 Cyr. He-
 rod. li. i.
 eSallust.
 in frag.

cuius major in consilijs autoritas? at-
 qui hunc non literæ, sed fortuna b do-
 cuerat, eadem Mithridatis magistra,
 Sed quorsum hæc vetera? Ex nostris,
 unus ille Philippus Comminæus, qui li-
 teras Latinas nunquam attigit, mayo-
 ri domi forisq; usui, regi suo fuit, quam
 quarta pars omnium literatorum totius
 Gallie; ita, ut qui ex commentariis
 ejus pagine unius digressiunculam po-
 tiorem homini Pragmatico, quam in-
 tegrum ex Metaphysicis librum, statue-
 rit, stomacho mihi sano & Larranii e-
 dulio opus esse non vellicatione, statu-
 isse videatur. Et omnino, quia lite-
 ra virtutem neq; dare, a neq; auferre
 possunt, viros sæpe doctissimos minus
 commode, vix literis imbutos præcla-
 rissime in republica versatos, b qui re-
 rum teneat memoriam parum dubita-
 bit. Neq; tamen ideo Menandrinum
 illud, Bis vident qui literas discunt, reij-
 eiendum, aut agros magis in cultos ster-
 cora-

a Senec.
 in Epist

b Cic. 3.
 de L L.

POLITICVS 15

coratione pastinacioneq₃, quam rudes
 adolescentum animos literis preparari
 existimandum, modo id satis appareat
 quale studiorū genus huic rei sit aptis-
 simum. Qua de re à Plutarcho scri-
 ptum video elegantissime, a homini in- a Inp
 genuo ita per omnia disciplinarum ge- dag,
 nera peregrinandum; in optimo com-
 morandum, ut qui spectandi gratia ci-
 vitates multas præter naviget, domici-
 lium ponat in omnium celeberrima.
 Mihi si quid sentiam dicendum, ut
 Geometre solent, quo verba compen-
 difaciant, vel nihil demonstranti con-
 cedatur rogo, nihil habeo quod Iuri
 Civili & Historiarum cognitioni præ-
 vertendum existimem. Caterum ju-
 ris civilis studium eam pariens scien-
 tiam quam Iurisprudentiam dicunt,
 omnium humanarum divinarumq₃ re-
 rum scientiam, vel mule naturam re-
 fert, ut bis saltem peperit, semel apud
 sapientem perfectum Stoicum, civem in
 Repu-

Republica Platonis, quondam regem in
Utopia? deinde apud aurigam,

--qui non rexit, magnis tamen
excidit ausis.

Nos si legibus hodie, non legum opinio-
nibus, aequae ut flagitiis, laboraremus,
vos rogarem, Critici, ut quod priva-
tim facere videmini, publice de emen-
datione supplicaretis, de responso certi-
satis non attingere, quod obtinere ne-
queat. a Tacit. lib. 2. Aun. b Lib. 2. Polit. a In vo-
lum. de Repub. b canimum il-
lud fori studium desine: ne excande-
scas Iure Consultorum optime Petre
Gregori, ob fori nostri statum: a omit-
ti satius prevalida haec nimis vitia,
quam frustra tangi, curari ulterius
hic morbus à radice nequit, fomenis
tantum ad sustinendum corpus nimis
diu agrum opus est. Nerva, Labeo,
Capito, interierunt; Bartolus, Bal-
dus, Accursius aliq. successere, si bre-
viores, certe plures, utinam & melio-
res suc-

POLITICVS. 17

res successissent. Ego ut à nostro homine legens ignorari. sic earum exagitationes, non nimis curari omnino velim. Disputationem equidem Cicero instituit, ^{b Lib. de LL.} de origine juris, quæ illud ratione ex tabulis XII. ad hanc librorum excrevisset multitudinem, quæ eò omnis reduci possit, sed hæc in scholis, aut privatis colloquiis disputare pulcherrimum, rem ipsam aggredi, totum jus nostrum civile numero tabularum XII. legumve Laconicarum aut Atheniensium velle includere, ejusdem foret instituti, quo triginta quis annorum pileum capiti calceosve pedibus, quos infans gestaret accommodet. ^{a a Vide Plutar. ni Polis} Corrigi sane præcidique putida illa fori nostri putamina possunt, imo corriguntur, id est mutantur quotidie, nucleum ipsum ad exilitatem prioris seculi redigere, in scholis Sophistarum temere licet, in foro nunquam licebit, cum velut maxima male habentium multo

rudo medicis quam plurimis, ita nostri
 hodie mores litibus procuratoribusq;
 indigeant. a Quanta autem tot glos-
 sematum cognitione, singularum hodie
 causarum patrocinium suscipiendum, ij
 norunt optime, qui etatem in hujus ar-
 gumenti commentariis insumserunt; il-
 los dico, qui quanta & horum copia,
 & quam nihil unquam in vita evene-
 rit quod aliter accidere non possit, com-
 pertum habent. Physicorum scholas
 Socrates irrisit, a quia certi aliquid in
 πτομυ hac arte profiteri se dicant, cum ma-
 xime contraria doceant: de Iuris ci-
 vilis praeceptis quid dicemus? quorum
 certitudinem ut leges invicem pugnan-
 tes non sustulerint, b legum saltem in-
 terpretes tantis illas involuerunt nebu-
 lis, quarum excussioni ut hominis aetas
 suffecerit, impendi certe omnis debet ab
 eo, qui foro sit satisfactorus. O Pa-
 tria, ad cujus hac Horizontem compu-
 tata, quam doleo, & vere doleo, quod
 cum

a Quin-
 til. de
 Clar.
 Orat.

b Vide
 Amm.
 lib 30.

POLITICVS. 19

cum omnia multis superes, una re mul-
 to te inferiora ass qui regna nequeas,
 quæ eisi justiciam tecum colunt can-
 dem, Iusticia tamen præcepta ad nutum
 unius cujusq, offuscari, recoqui, cor-
 rumpi, paucorum hominum lucro, pu-
 blico reipubl. damno, non patiuntur;
 tu lites, non dico infinitas, sed ratio-
 nem litium infinitam, ad internicio-
 nem usq, publicam sustines. Quid
 ergo, de republicane interrogabitur,
 quem de triginta Florenorum lirecula
 consulere non possis, quia quod respon-
 deat illi non sis? Hæc qui quæret, aut
 nescire se, quod nolim, quid publica
 res à privatis differant, aut quid in-
 ter assessorem judicij apud Principem,
 Comitem, vel civitatem privatam, &
 inter eum, de quo nobis est disputatio,
 intersit, optimè se intelligere fatebitur;
 hoc si fateatur de illo ut ipse quæsivit,
 ipse sibi, me subscribente, respondeat;
 de hoc nostro, responsi id habeto. Li-
 teras,

a Vide
Lantr.

teras, nisi sponte, ante annos fere pu-
bertati proximos; jus civile ante an-
nos, quibus curatores non dant ulterius
Saxones, a nolo attingat; ubi attinge-
rit, praconem desidero ad H O C A-
G E. Iuris elementa exacte cogno-
scat, notis adhibitis non quæ annua le-
ctioni, vel biennali altercationi, sed
saltem intellectui, ut in omni lectione,
satis sint. Hinc statim leges ipsas, con-
textus gratia, ff. Wesenbecio, C.
Cujacio, thesiumq; ordine uno qui clas-
ses quasi materie demonstrat, additis,
ea lege quæ Orpheo fabulatur imposi-
ta, aggreditor, donec omnia quæ Cor-
pore juris civilis continentur percogno-
vit. Ita instructus, portu jam navi-
gationis superato; nolim velitationibus
in alto utatur. Pantimaniarum, An-
tinomiarum dicere volui, scopulos o-
mnes præterlegat, rectà ad ea quæ in
foro sunt, tendat: quis patrie juris pro-
cessus, quæ singulorum judiciorum
materia,

POLITICVS. 12

materia, initium, cautela, methodus
 deniq, omnis agendi existat si exactis-
 sime perdidicerit, uti vel aliàs nemini,
 mihi satis factum erit omnino. Pri-
 mum enim de studiorum initijs nihil
 magis arbitror servile quam puerum
 tenere etatis ad id quod ingenui est
 exercitij, non tam monitis & rationi-
 bus quam plagis velle adducere, a nec
 unquam tot reperiri ingenia hodie
 plumbea opinor, quin pauciores fere
 mores quam praeceptores perdant. Ad
 illa namq, que duriora apparent, no-
 stro institutio igneis illis aptiora
 nihil desidero, praeter hominem, qui recte
 norit quomodo

a Plu-
 tarch in
 Pædag.

b Cleb.
 apud
 Thuc.
 lib. 3.

Ingenia melius recta se in laudes
 ferunt,
 Si nobilem animum vegeta liber-
 tas alit.

Senec.
 in Hip-
 pol.

De studio deinde juris civilis ita se
 rem habere existimo, ac si quis Archi-
 tectura deditus, lignorum omnium na-
 turam



turam discat, quæ dura, quæ mollia, quæ sicca, quæ secus, norit: structuram deinde ipsam quæ fabricorum proprie est, minus exactè perscrutetur, quid diverse soli nature quid singulis ædificij partibus, quid usui, quid ornatui serviat, quid ijs, in quibus caput Architectonica est, contineatur, scire velit. Hunc ego si quid à fabricis ordinis locive ratione erratum fuerit, si iudicio valeat, si experientia aliquid arti accesserit, non animadversurum existimem? Ita qui legum vim & naturam (melius forte eo qui nec ætate nec doctrina admodum adjutus quinquennium per doctorum velamenta in ijs palpitarit) intelligat singulas singulorum iudiciorum partes quatenus legibus subsistant norit, iudicio etiam, per rerum, ex literis & usu, experientiam polleat. Si quis magna huic verborum farragine legem quandam sibi patrocinaris adversario reclamante persuas-

persuadere conatus fuerit, larva de-
 tracta, inspectis autoribus legibusq; praesertim ipsis, quid vero & a quo consentaneum, rectius illo qui tantis non subnixus adminiculis infinite tantum opinionum indagini studuerit, pronuntiaturum esse non existimem? Vel ringimini, vel ridete ex scholis sine sanguine bellatores, plausu vel sibilis me excipite, eandem inibitis gratiam; qui rebus diutius quam legis interfuerunt, & facile me excusabunt, & res ipsa pro me loquetur quid temporis angustias requirant; quid maxime agendum illi cui minor in eo cura num privatorum lites ad nutus causidicorum sopiantur, modò rectè sopiantur; a quam hoc uti curet, ne tantum domi sit litium, unde foris bellum oriatur. Quod ipsum assequi qui velit, si quotquot exant Iuris Consultorum monumenta memoriae mandarit, non magis assequetur, ac si schedulas illas, quae Pharmacopolis

a Vide
 de cau-
 sid. &
 Escul
 discip.
 Plat. libo.
 3. de
 Repo.

mihi



mittuntur^a medicamentorum, gratia concinnandorum, ediscat medicum ex ijs acturus, ne unius quidem febriculae causas vel cavendi rationem satis edoctus. Qui puero morbum timenti, imò jam decumbenti sit consulturus, primum, ut puto, morbi causam ex praeceptis physicis indagabitur; quam si indicare non conducat, parentes saltem docebit, qua dieta, quo cibo, quo potu puer alendus, quibus arcendus; puero persuadebit uti hac in re parentibus morem gerat, ne vel uliro morbum accersat; vel ita alat, ut aut gravissime ipsi sit decumbendum, aut omnino pereundum. De Republ. quæso quid est? Dissidia de possessionibus, injurijs, imperijs, &c. quid aliud sunt quam morbi hominum male se habentium; & quidem animi morbi, qui ut ceteris graviores, ita curatu difficiliores existunt? a Horum igitur curabonni uer aptior, rudisne b chirurgus qui

a Cic.
Tuscul.
Quæst.
lib. 4.

b Elegã-

qui conflati aliquid emplastici adhibe-
 at, quo sepe, ut in foro fit quotidie, cor-
 rumpit quem sanaret morbum, aut a-
 lium graviolem excitat? an vero medi-
 cus dictissimus qui passim animi morbos
 publice privatimq; cas videns inducere
 nebulas, quæ pluvias vel sanguineas mi-
 nentur singulis quidem juris & equi
 medicamento non desit, sed si Hydram
 videat Lernæam, curatius rem aggre-
 ditur, unde distractio illa animorum,
 ambitio alieni appetitus oriatur; quo
 ferro harum rerum multis ante nos se-
 clis radices incise ex physica pragmati-
 ca inquirunt; hæc imitatur causas mor-
 borum ipsas prius removet, quo mor-
 bum postea tollat facilius? O celum,
 o terra, quam purida, uter horum me-
 lior questio! Id videmus, quæ salu-
 tis has publicæ causas Physica demon-
 stret. Ea aut nulla est profecto, aut
 ea est, quam civicam à nobis coronam
 ambienti, præter juris civilis cognitio-
 nem im-

tissime
 Plat. in
 init. lib.
 4. de
 Rep.

B nem im-



nem imprimis commendaveramus, tanto ipsi majori, quam illa, usui futuram, quanto plures omni seculo sine illius ope præclarissimè in Repub. versati sunt, sine hac nemo unquam: Historiam dico, rerum omnium sedem, testem, & judicem. Hæc illa est sciencia, ex cujus monumentis brevi temporis spacioplura disci cognosciq; possunt, quam multa hominum etates experiendo percipiant: a

a Comi. comm. lib. 3. Hæc illa est quæ vitæ humanæ varias mutationes & rerum in ea conversiones, mundi hujus Comædo tragedias & imperiorum præcipites casus monstrat: b

b Basil. ad Leo. Hic scipio ille, sine quo in civis nostri reipuerectio incedere licet nemini. a

a L. ps. lib. 2. Polit. b Liu. in lib. 1. Bodi. in Meth. Et quid attinet in re minus dubia testibus uti non necessarijs? Ad historię lectionem tam multi nobis reliquerunt incitamenta, b ut quanto pe- re illi, qui ad Rempubl. aspiret, historiarum cognitio conducat, nemo dubitet;

bitet; utinam & in earum lectione ne-
 mo erraret. Historias enim multi le-
 gunt sine ullo fructu, cum mysticum il-
 lud vulgo minus obvium, quod in fabu-
 lis ἐπιμύθιον vocant, non animadve-
 rant, & verè nucem frangentes nucleo
 carentem: Multi ubi quid ex ijs no-
 tarunt, statim casu incidente quasi si-
 mili, ita sententiam temerè ex scripto
 dicunt, ac si singula rationes occasio-
 nesq; exemplorum eadem forent, sum-
 mo sæpe damno Reipubl. a Virung
 is evitabit optime, qui in lectione ita
 sit testudineus, & attentus, ne quid
 prætereat quin observet, quare, quo fi-
 ne, & an satis ex ratione actum fuerit,
 b cum hæc observarit non crudum sta-
 tim, ut stomachi ciborum impatientes, bPo dly
 revomat, sed probe prius ad maturita-
 tem ea concoqui permittat: Nam quod
 radij solares uvis, hoc ætas est pru-
 dentia, cujus me modò ratio vasa con-
 clamare in castris Minerva jubet, ed

Gryn. in
 præfat.
 Justin. t
 Manu.
 in præf
 Cæsar. f.
 & c.
 c Mach.
 avell.
 discuri.

a Guicc.
 lib. 1.

bPo dly
 lib. 3.

B 2 profectu

an-
 m,
 o-
 nt,
 m
 r
 ius
 ra
 o-
 a
 as
 o-
 as
 i-
 i-
 us
 d
 -
 -
 i



profecturum, quò qui nunquam acces-
 sit nihil unquam præclari in vita civi-
 li a effecit. *Aurifodina est Historia,*
 a Arist. *lapis Lydius rerum experientia,* quic-
 Eth. cap. ult. *quid illic collectum est, hîc oportet exa-*
minetur, ut quæ vitiosa sunt dignoscan-
tur, quo pluris æstimetur aurum pu-
rum putum. Atqui rerum experien-
tiam, qui à rerum gravissimarum tra-
ctatione inchoarit, ab antiquissima
sententia, consilia senum hasta juve-
num meritò damnabitur. Ego tres
huc rei gradus statuo; primus mores,
affectus, vitia, virtutes exterorum,
quorum postea cum nostratibus ratio-
nes conferat, exploretur: secundus
statum Reipub. bello turbata cognoscat:
tertius parascevem quasi contineat vite
poliuce inchoanda & speciminis edendi.
Verum enimvero qui peregrinationes
dissuadent, quia ut vulgo Historiarum
lectioe tempus, ita illis sumtus perdi-
opinentur, utpote quæ soli serviant vo-
 luptati,

POLITICVS. 29

luptati, facile sibi ipsis ex ijs, quae de
 Historijs in transitu attingimus respon-
 sum dictabunt. Tecum mihi vir, cu-
 jus magna apud bonos omnes memo-
 ria, sermo absq; iuvidia & fastu esto,
 Domine de Nue dignissime. Ad ex-
 teras, ais tu, nationes adolescentes ab-
 legare a plusculum detrimenti quam
 commodi habet; quia plures morbi vel
 latrones reditu excludunt, ceteri, pro
 sumptibus, vitia domum revehant,
 rusticitatem ex Germania, ex Italia
 nequitiam. Palaestra, humanitatis,
 ludi jociq; scholae ut prope nimis à Ve-
 neris absint metuis; tu quas in Gallia
 adornas a ubi sitae erunt? Adolescen-
 tulum ego, de quo tibi videtur sermo
 non facile extrusero, juvenem mitte,
 qui sibi obsonet de eo quod ille vix ob-
 etatem attingat, quod illi cibo, huic
 pro condimento sit. Oraculum sane
 tuum agnosco, quarum nationum inge-
 nia acutissima eadem vitijs maxime

a Vide
 totum
 ejus dis-
 curs. 5.

a Ibidē

B 3 obnoxia,



obnoxia, sed quia pericula illa verè
 rarissima, quæ sicubi frustrentur, mi-
 nimum damni, si fortuna aspiet, e-
 6 Thuc. molumentum plurimum afferant, b quis
 lib. 7. aleam hinc jaciã persuaderi nolim.
 Ita enim existimo, qui multis homini-
 bus usui futurus sit, usui quam maxi-
 mo fore, si homines quam plurimos no-
 rit; non faciem, sed animi affectus,
 mores, naturam omnem. Quemad-
 modum enim miles multarum provin-
 ciarum bellis exercitus, minus hostem
 novum mirtaur, tirone, qui uni aut al-
 teri tantum congressus fuerit: ita va-
 rijs hominum suetus ingenijs, facilius
 multis præsit, quam cui præter popula-
 res novus nemo. Quæ cum ita sint,
 mores ego hominum, non vultus; sta-
 tum civitatis, non mœnia inspicere jubeo.
 Vbi Germano Gallus, Italus Germano;
 hic illi, ille utiq; præset, vel cedat;
 quid ex Germania bellum civile potis-
 simum sustulerit, in Gallijs foveat:
 unde

unde Belgis tot tributorum sine gemitu
 solutio, unde vires: quæ Gallie, Ger-
 manie, Hispanie virium proportio,
 quæ apud singulos consiliorum, tributo-
 rumve ratio potissima: Hæc, inquam,
 & his vel graviora, qui ex peregrina-
 tionibus non didicerit, eadem merito
 sententiâ damnabitur, qua filium eques
 Florentinus damnasse, ab Hispano illo
 Sichardi narratur. a Hic cum sum- anI Cō-
 tus ad peregrinationes quam longissi- l iasit.
 mas peteret, prius Romam proficisci
 jussus est: unde reversum cum de fructu
 itineris pater interrogaret ille se ur-
 bem vidisse responderet lautissimam,
 frequentiam populi infinitam: si nihil
 præterea observasti, ô fili, peregrina-
 tionum, inquit pater, sumtus oppidò lu-
 crificatio, hominum, mœnium, fluvio-
 rum satis vidisti. Aliter profecto de
 loci celebritate sibi persuadebat, qui à
 præceptore scientijs, ab urbe exemplis a Cic.
 filium augeri sperabat. a Et quid? In ffOc. lib. 1.

Graciam omni seculo ad studia ado-
 lescentes Romani profecti sunt; qui sa-
 tis auicissassent, perpetuum inde iulere
 encomium, a nihil verum, quod unà
 cum scientijs omnem disciplina dissolu-
 tionem Gracia in Italiam transmise-
 rat. b Homo reipublice proximus,
 cuius examini promptus discendi co-
 gnoscendiq; gratia patria non exhibet,
 ne decipulis peregrè illecebrarum ca-
 piatur, cum vel maximè ideò eundem
 fuisset, ut sciretur capi eum non posse.
 c Vlysses ille cui non minima inde pru-
 dentia. quod
 a Horat. a---multorum providus urbes
 lib. 1. ; Et mores hominum inspexit.
 Epist. 2. nunquam poëtis oratoribusq; tam cla-
 rus fuisset, nisi à Circe & Calypso. b
 Odyss. 5, uti finguntur, solus integer evasisset
 cum temperans nemo rectius dei pos-
 sit, quam qui inter intemperantes sine
 noxa vixerit. c Id qui negat, Dijs juve-
 nem audiat similitimum exclamantem:
 Non

a Nep.
in vit.
Pomp.

b Dion.
Halic.
lib. 2.

c Plat.
l. b. 3. de
Rep.

a Horat.
lib. 1.
Epist. 2.

b Hom.
Odyss. 5.

c Plat.
lib. 1. de
LL-

POLITICVS. 33

Non est, mihi crede, d tantum ab ho- d Liu.
 stibus armatis nostræ (juvenilem dicit) dec. 3.
 etati periculi, quantum à circumfufis 11.6.b
 undiq; voluptatibus, qui eas temperan-
 tia sua frenavit ac domuit, decus mul-
 to maximum victoriamq; sibi peperit.
 Ceterum fortitudo quæ sola hoc potest,
 si cuiquam certè quam ei qui reip. ve-
 lit præesse, magis necessaria nemini: a Muso.
 fortis vero animi indicium est, cum ita apud
 quis affectus sit, ut nihil malit quam res Stobæ.
 magnas, valde quidem utiles, sed ve-
 hementer arduas, plenasq; laborum &
 periculorum, cum vite tum multarum
 rerum, quæ ad vitam pertinent. b b Cic. I.
 Sed quid hæc, ais, ad instituti tui disci- Offic.
 pulum? Num res tractat leviter ar-
 duas, periculorum ferme inanes, qui
 in Gallias Italiamve excurrit, optime
 viaticatus, ludorum exercitiorum, spe-
 ctaculorum spectator assiduus redit,
 moribus & veste, quam ineptijs redeat
 onustior, indicans? En uti rogas:

B s consilium

consilium ego, non argentum submini-
 stravi. Hoc scio quod ex Gallis vi-
 ros Illustres passim accedere, in omni
 ferè Italia cum optimatibus ita versa-
 ri, ne unquam tantopere impingas,
 quin, quæ superius attigeramus, ita
 ab ijs discas, ut illa deinde vel cuivis
 probes: si quanti sit, nescias, ubi levi-
 ter saltem, quid patriæ sepe cum exte-
 ris negotia requirant, animo per pende-
 ris, quantum, hinc periculi, molestiaq̃,
 quanta cautione opus, facilius ani-
 madvertes, quam ut, en Rhodus, en
 salus, expectes. Ad nostrum insti-
 tutum hæc addito, si pro auctuario qua-
 si accedat, posse deinde cum legatis lo-
 qui versariq̃, exterorum, aut in lega-
 tionibus conciones habere lingua singu-
 lis vernacula, (qua latissimè hodie pa-
 renti utuntur Schlavoni, utpote affine
 Turcica, Vngarica, etiam Bohemica
 & Polonica; gravissima Hispani; pu-
 rissima Itali; copiosissima Galli) Dij
 bonæ

POLITICVS. 35

boni quantus hujus rei usus ad secreta
expiscanda, operas aere vel promissis
conducendas! De quo ut ab omnibus du-
bitetur, qui in magno imperio regno ve
hodie versati fuerint, facile mihi scio
subscribent. De cetero, quid è scho-
la fabulentur provocatores, aut ex
Neronis aula sapientes murmurent,
non tanta nobis curæ, quam major eo-
rum habenda ratio, quorum maxime
discipulis, hanc, à consule nullo roga-
tus, primam omnium de republ. sen-
tentiam dico, nil dubitans plebi pa-
rum eam probatum iri, id quod popu-
lus curat scilicet. Locuti sunt homi-
nes de omnibus, & loquentur semper
nec quid loquantur interest ejus, qui
ne merito malè de se loquantur, cavet.
Nunc reliqua videamus. A literis
ad res ipsas, à rebus quietis ad turbu-
lentiorum examen me politices candi-
datum traducturum dixeram, quia nul-
lum hodie regnum reperiri statuo, in

quo primi subsellij consiliario quicquam
 majori adminiculo fore videatur,
 quam si statum fortunasq; bellorum de-
 libaverit. Quod iterum, qui non
 probet, verba queso corrigat, consilij
 ne vituperet autorem, qui manu ho-
 stem, lingua omnino neminem ledere
 viro magno dignum existimet. Quan-
 tus Romanorum hominum numerus,
 quantus Græcorum ex literarum peri-
 tissimis bella gesserint, de Africano
 majore, L. Lucullo, C. Casare, Clitia,
 Alcibiade, Agesilao, Demosthene sex-
 centisq; alijs Livium, Plutarchum, Xe-
 nophontem cum reliquis, hæc qui igno-
 rent, retexant, nobis de eo questio non
 est de quo nemini dubium est; nemini,
 si ita negotium sit, licere, nolle pro sa-
 lute patriæ armari. Hic cardo verti-
 tur an bellorum ratio constare nostris
 hominibus debeat, an sine detrimento
 hoc illorum quæ reipub. causa didice-
 rant, fieri possit: quorum utrumq; fa-
 cile,

POLITICVS. 37

cilè, ut spero, ex sermone nostro appa-
 rebit. Ergone ad bellum ibit à pri-
 ma adolescentia omni philosophia ge-
 nere instructus, experientia ideo hau-
 riende peregrinatus, ut jam jam re-
 rum foret administrationi vel publice
 idoneus? Hic si quid ex patrimonio
 forte residui, equis & armis mutabit?
 animum Minervæ, corpus Reipub. sa-
 crum, Marti jam, mortiq; devovebit?
 ed ibit unde aut nunquam aut mutilus
 saltem revertatur, pro sapientia rudi-
 tatem; pro eloquentia jaclantiam; pro
 philosophicis, mores castrenses repor-
 tans ad Rempub. plane Chimæra? ô
 Germania quam ego aut nunquam sa-
 tis Germanus, aut nunquam satis doleo,
 omnia te Germanorum veterum vitia
 habere, virtutem fere nullam? a Vete-
 rum dico, non eorum, qui solis vena-
 tionibus & latrocinijs contenti, annis
 quatuordecim lectum non subjerant, a
 eos quero, qui patrum memoria, glo-
 ria su-

a Vide
 & cõfer
 Tacit,
 de mor.
 Germ.
 a Cæs. de
 bell,
 Gall.
 lib. I.

vis studio, viribus, non numero freti
(quod vel ridiculum hodie foret Italis)
Italiam facilius, ac si armatus in Latio
fuisse nemo peragravit, subegerunt, ex
terrarum domina & domina domino,
victoriam reportarunt; b qui Gallia
regno totius pacem sola fortitudinis suae
autoritate pepererunt, utrunq; sine ullo
fecere stipendio. c Qui tentent idem,
à summis Imperatoribus ex latebris pu-
to milites denuo corradi posse, sed spe-
rando non statim potiundo, moram
eodem animi vigore perferre, non no-
stra est in stipendijs hodie aut flagitan-
dis aut insumendis modestia. Imo quae
minimè his affinia, gemitu quam ver-
bis tangi satius: haec illa ipsa sunt, quae
faciunt ut expeditionibus hodie vitio-
siores redeant quam plurimi, fortiores
perpauci, melior prudentiorq; vix unus
& alter. Neq; mirum hoc illi fuerit.
qui cogitet nullius unquam rei finem
consequi egregium quemquam posse,
qui

b Guicc.
lib. 18.

c Histor.
Gall-
tomo
2. & 3.

POLITICVS. 39

qui nullo fine ejus quod agit, sibi proposito, ad quem singulis momentis quasi ad scopum collimet, temere quicquam aggrediatur. a Ad delectus nulli homine tironum frequentiores respondent quam egeni, obarati, vino aut libidine ad Dionysia Maris inflammati, Thrasones tribus mensibus Asiam spiritu apparatusq; disflaturi, & uno nomine numerus,

a Senec.
de trāq.
vit. cap.
12.

--- & fruges consumere nati
Sponsi Penelopes.

Ab ijsuē domum reversis ego ut quaeram qua consiliorum ratione regulus regem, Aristocratia Monarchiam bello defatiget magis quam detineat, quid potissime cavendum, si quid novi incidat patria belli cum Asia, Gallia, Hispania populis? morus profecto responderet, mornepius quareret. De itinere, annona, symposiis, audacia, duellis privatis, ad arma conclamationibus, amplificationes ab his expecto. Noster miles

*miles arma mihi firma, quam pulcrā;
 apparatus necessarium, quam ma-
 gnum; corpus ad laborem & vigilias,
 quam libidines; animum ad discen-
 dum, quam otia promptum habe-
 to; quid illi, qui de bello inter pocula
 loquuntur, & hostem in mensa sepius
 quam in acie fallunt, de se loquantur,
 parvi facito. At ijs, quorum in ma-
 nibus summa rerum, se insinuato, hos
 comitator, omni officiorum obsequio si-
 bi devincito, nihil ab his nimium sibi
 imperari posse existimato, hos disse-
 rentes auscultato; benevolentiam asse-
 ctato, ut, quæ propria juveni virtus,
 modestia ex se & discendi studium ap-
 pareat omnibus, quo facile assequetur,
 ut & carus sit, & evaſiſſis studioso
 nullus sine linea dies prætereat. Huc
 accedat oportet id alacritatis, ut qui-
 bus rogatus semper adfuit, ab illorum
 latere, data occasione, armatus in præ-
 lio nunquam discedat: ita & qui ex
 magistras*

POLITICVS. 49

magistratu saltem studium in eo probant, industriam literis exterarumq; rerum cognitione munitam brevi laudabunt, & apud ceteros caligatos, à quibus mancipium antea Imperatorum rude militie erat nominatus, hæc illius erit auctoritas, quæ ludibrio fratrum L. illius Bruti apud popul. Rom. fuit, a post osculum magnæ matris. Vides a Liu. o homo quantum à gregario tirone no- lib. 2. ster differat? qui, quantum ille stationibus & muneribus obeundis, tantum hic studio discendi ab Imperatoribus, quantum ille vacationibus & otio, tantum hic officijs erga Imperatores & explorationibus munium militarium, quantum ille requieti, quantum deniq; temporis aleæ & intempestivis convivijs, tantum hic vigilijs, ruminatiõni & inspectioni eorum quæ didicerat aut cognoverat tribuit. I nunc pedagoge, pueris persuade nihil recte impendi temporis, quam quod literis impendatur; mi-

tur; mihi certe non persuadebis ullum
 tempus (de humanis loquor) rectius
 impendi, quam quod eorum studio im-
 pendatur quae salutis & usui quam ma-
 ximo sint futura Reipubl. Ejus vero
 generis, haec quae diximus esse num du-
 bitabitur? Medicorum utrum prae-
 ferendum statuimus, theoreticumne qui
 dietam praescribat; quo corpus aliàs
 infirmum quam diutissime à morbo
 praeservet; an practicum, qui & hoc
 ipsum praestet, & si artem vincat fortu-
 na, morbo quam optime norit mederi,
 sanitatemq; certam potius quam subi-
 tam restituere, utpote ejus rei rationem
 ab experientia aequè ac à literis erudi-
 tus? In republ. hodie uter melior, il-
 lene qui pacis alumnus, de bellis ca-
 vendis, praeter auditum lectumve, ge-
 vendis, omnino habeat nihil? an ve-
 ro, qui pacis artibus disciplinisq; aequè
 instructus, bellum quando timendum,
 quando suscipiendum, quomodo geren-
 dum, quo

dum
 bono
 ab i
 cau
 sed
 non
 gess
 fact
 qui
 ph
 hor
 ar
 scie
 pru
 eju
 per
 pra
 to
 pra
 qu
 va
 ign
 pa

POLITICVS. 43

dum, quomodo ita deponendum, ut pax
 honesta & certa sequatur, non absens
 ab ijs qui & ipsi absentes bella alijs de
 causis alia ratione gesta scripserunt,
 sed ab ijs qui nostri seculi bella aut
 nondum finita aut nondum scripta ipsi
 gesserunt, coram didicerit? Fuit pro-
 fecto pluribus ante nos seculis ab eo a Plat.
 qui divinus est habitus ex quo philoso- in Pro-
 phus exiit, & habebitur quam diu tag. &
 homines existent, hoc latum sententiae, de Re-
 gnō,
 artem militarem partem esse civilis
 scientiae, si quidem bellaces juxta &
 prudentes eadem disciplina populares
 ejus effecit. b Hanc ita virorum sem- b Archi.
 per clarissimorum fuisse sententiam, apud
 praeter quos antea nominavimus, Ca- Thuc.
 to ille pertinax, aliās doctissimus, pro- lib. . .
 prio nobis exemplo subscripsum reli-
 quit; a quae commemorare ideo super- a Hirt.
 vacuum, quod nec nostrum quisquam de bell.
 ignoret quā dulce & decorum sit pro Afric.
 patria mori: nec vel illi summi viri,
 vel

b Tacit.
in fin.
lib. 15.

vel ille ipse Thrasea, qui unius ob tyranni rabiem ita moriens exclamavit, b verius in illa tempora incidit, quibus animum constantibus exemplis firmare oporteat. Nos enim licet Titum, non Neronem habeamus, hoc tamen ausim affirmare; si quis pragmaticus sanior Romani Imperij, Galliae, Angliae, Poloniae, vel ipsius Hispaniae, quod hodiè caput est, interire posse, ne res ea facilimè id secum afferat incendij, unde major pars Europa conflagret, ingenue se opinari dixerit, hic impune consilij de cognitione bellica auctorem, carceris, exilij vel capitis damnato. Imò quid de futurorum divinatione fabulamur, hostem nos hodie non habemus? hostem habemus omnium qui ullo unquam cum Imperio bellum gesserunt potissimum, totius Asiae dominum. O gravis tibi Germania hostis, utinam & quod commodo fiat publico, diuturnus foret, potius quam tibi hoc accidat, ut, quem

quem foris non habeas, domi hostem
 inuenias; quem morem ut vix patrum
 memoria nimis repetitum gemimus, ^a ita nimis pro
 diu à maioribus heredi-
 tarium accepimus. ^b Causas occasio-
 nem rationesq; consilij mei vides? con-
 silium ipsum tantillo spacio inclusum
 velim ne quis ea hinc ratione diligen-
 tiaq; qua precepi, biennio continuo
 vel maxime triennio diutius subsistat;
 quod, velut jaculatore in ipsa collima-
 tione scopum mutante nihil ineptius,
 ita illo homine turpius nihil, qui certe
 se vitæ generi devovens, omnibus ferè
 rebus rite tanquam ad sacrificium præ-
 paratis, tum demum, aliò se convertat.
 Qui Romam properet, non male for-
 te in itinere ad cognoscenda melius in-
 genia Italica, vel aliò, vel Genuam
 deflexerit; verum, si inde in Aphri-
 cam prius transierit, periculum erit
 ne Romæ, vel domi saltem, ante redi-
 tum ab Occasione vapulet. Sic noster
 eo ubi-

a Vide

Sleid.

b Tacit.

lib. An.

2, & 13.

eo ubicunq; vel incitamenti quid ad
 virtutem, vel discendi erit occasio, ex-
 curret, non ut videat novitve, sed ut
 ex ijs quæ vidit incitetur, a quæ co-
 gnovit, adjuvetur ad commodius asse-
 quendum id quod antea sibi proposue-
 rat, quoq; omnes ita vite actiones di-
 rigenda, ne alibi subsistat antequam in
 ipsa carcerum suorum calce sit consti-
 tutus. Quid dicam queris? Hoc,
 quod Ethnicorum modestissimus, libris
 Epicureorum qui dogmata proponerent
 perniciosissima, sententias tamen gra-
 vissimas, nescio quibus nostri seculi si-
 millimi, in ore haberent, multum usus,
 ad castra inquit, a adversariorum saepe
 transfugio, non tanquam proditor, sed
 tanquam speculator. Est, (fateor)
 hæc institutionis nostræ ratio, solis fe-
 rè magnarum familiarum hominibus,
 imò ijs qui genus & fortunam ut vir-
 tute, ita & divitijs adequant commo-
 da; cæterum, de fortuna sua; inquit
 Plutar-

¶ Vide
 Cic. 3. de
 finib.

¶ Senec.
 in Epist.

Pl
 qu
 ut
 str
 m
 ex
 du
 tia
 ijs
 ad
 ve
 pra
 dis
 la
 ro
 res
 disc
 ta
 exp
 ber
 qui
 nan
 tan

POLITICVS. 47

Plutarchus, b non de me querantur, ^{b In p^o dag.}
 qui præceptis nostris minus commodè
 uti poterunt: ineptijs nos nimium no-
 stris plausisse non suspicabuntur, qui
 mentem attentius quam casum auctoris
 examinarint. Atq; hoc modo fingen-
 dum formandumq; rudem adolescen-
 tie animum literis commendaverimus,
 ijs, præsertim, quarum usus in Reipubl.
 administratione quam maximus, idq;
 velut medici qui Physica & theoricæ
 præcepta primo proponunt, inde praxi
 discipulos quæ didicerunt jubent pau-
 latim explorare. Hac nos à peregrina-
 tione initiati sumus, ut res tractaturus,
 res quam plurimas, quam diversissimas
 disceret, hominibus consulturus, quan-
 ta humanorum ingeniorum varietas
 exploraret. Postremo, quia ob gu-
 bernatoriam nunquam coronabitur,
 qui, omnibus indicijs tempestates mi-
 nantibus, in tranquillo se exercuerit
 tantum, medijs illum seculi nostri pro-
 cellis

cellis immersimus, illic erudiendum, qui aut tempestates effugiat, aut ita arte frangat, ut se navimq; suam salvam in portu sistat. Hæc qui ad præscriptum nostrum exantlarit, si forte Reipubl. satis idoneus videatur, me, cur moram diutius desiderem, duo movent potissimum: causa Principis ejus qui talem sibi alleget, & mea, qui primus forte hac methodo douisse videar. Causa principis, quia fieri posse meminimus ut ex ipso cursu talium rerum publicis literis revocari non satis fecerint: illis quorum hoc consilio factum videretur, cum nimis apparuerit vel ad summas fraudes optimum animo subdolo velamen, gravitatem scientiarum a simulatq; virtutis. Est præterea hæc ferè regum omnium agendi ratio, ut si quem cantionibus præfectus Musicum dixerit, consiliarius multi nominis, hominem prudentem nominaverit, facile ad se recipiant, quod à nemi-

mine

a Tacit.
lib. 16.

POLITICVS. 49

mine putent ea judicari posse rectius,
 nec vel minimum errant, modo par u-
 triusq; foret examen. Musicus certè
 qui vel nemini non dicatur placuisse,
 nunquam, nisi & ipsius regis auribus
 satisfecerit, recipitur: in senatum le-
 geturis, qui prudenter agere dicatur,
 prudenter egisse visus sit nunquam? sit,
 esto, homo prudens, pius integer, & ut
 uno verbo absolvam, senator bonus,
 qualem affines vel amici predicarant,
 Cassiumne Princeps aget clamitando,
 aut hoc, aut nihil testium satis est? Per
 me sana Monarcha homini aliàs vitio-
 so, fidei saltem egregia seipsum & sum-
 mam regni potius committet, quam e-
 mergenti primum summe virtutis ju-
 veni. Ejus rei exemplum unicum sit,
 quia de superstitiis mutire plenum
 periculi: phœnix ille omnium politico-
 rum Philippus Comineus, cujus nisi
 tantopere industriam admiratus fuis-
 set Carolus Burgundus, ut de fide obli-
 visceret

C

visceret

visceretur, nunquam forte tot ipsius secreta Ludovico Gallo se prodidissent. At noster juvenis convivam imitatur elegantem, qui sicut in cibum alijs propiore non involat, si quid boni prope se, libere sumit: sic ille rempubl. senum manibus extorquere, si vel posset, non tentabit, privatim si quid ad se revertetur molestia minime recusabit. Quicquid se primum ex turbulentiori illo vite genere dabit, vite integritatem ubique depromet, prudentiam non nisi apud gnatos; amicorum causis operam, consilio ut quam sepius adfit, occasiones rimabitur, conventibus publicis semper intererit; virorum illustrissimorum in patria & peregre amicitiam affectabit; hanc colere sanctissime; de rebus, si occasio erit, gravissimis agei, non minus meditare, quam modestè & breviter. Nescio enim quo pacto ex novo silice crebra scintilla abstrusioris quid arguant,

guant,

POLITICVS. 51

guunt, quam ex veteri ignis uno ictu
excussus. Huic qui maturitati susti-
nenda imparem se opinabitur, Apolli-
nem saltem Lipsianum auscultet, ita
monentem, a Festinatio dum aequales, a Tacit.
dein superiores, postremò suasmet ipsi libr.
spes ante ire parant, multos etiam bo- Ann. 3.
nos pessumdedit, qui spretis, quæ tar-
da cum securitate, præmatura vel cum
exitu properant. Falerno non ma-
gna opus est hædera: Rempub. satis
mature capessit, qui ne eam evertat,
satis diu didicit. Cujus ego omnis
gratia coronam jam tibi ô civis opti-
me civicam non civis, ut olim, unius
servati præmium, sed civitatis totius,
imò regni servandi symbolum, quod
felix, faustum & salutare sit Reipub.
impono.

Macte virtute, ad eum te ordinem
theatri humani perduximus, ubi in o-
culis omnium positus, latere minimè
possis: jam enitendum, ut quod indu-

stria affecutus es, virtute defendas, quod assequeris facillime, si privatim erga Deum, erga regem tuum, erga universos deinde & singulos, publice in sententijs domi dicendis, in rebus peregre agendis, is eris quem civilis scientia peritissimum arguant omnia. Quibus de rebus si quis precepta à nobis expectet; adolescentes cogitet erudiri, non eos quorum jam statua in foro sint: notas equidem & indicia, quo significavimus ordine indicabimus, quibus, quis recte Spartam hanc nactus fuerit, examinetur. Imo erit, opinor, pars haec scripti nostri altera aequo nudior: verum mihi ex castris Vngariae reverso, hospitis & bibliotheca utenti hominis non minus mihi multis nominibus venerandi quam amandi, vel Festinationi vel Impudentiae succumbendum fuit. Quarum illam me praetulisse quibus nimis fuerit nausae, meipso Apellis praecunte sententiam, dicant, vel me tacente apparere

parere hoc potuisse. Cui non corrupto,
 quæ scripta hîc sunt legisse & omnia le-
 gisse contigerit, ex voto suo iudicet: nam
 ideo in omnium manus pervenerunt, ut à
 singulis iudicari possent. Primum itaq;
 quod initio dixeram, iterum hîc dicen-
 dum; inter Aulicum, & Politicum no-
 strum præter rectum commune ferè ni-
 hil. a quî sit ut ille singulis de religio- a Vid.
 ne opinionibus principis forte subscri- Steph.
 bat, hoc absurdius nihil, quam fidem in præf.
 velle principi servare, cum Principi Laert.
 eam principum non servet. In reli-
 gione, inquit Porphyrius, b ubi prima b De
 dederis, cætera nugæ, quia mens pura Abst.
 Deo oblatio grauisima. Tu purpure anim.
 cultor alienæ quantum committat sce- lib. 2.
 leris, non vides, huic manum adire
 tentans, qui falli nequit, cum quicquid
 faciamus, dicamus, cogitemus, latere a Epist.
 eum nihil possit? a Atqui ita mores ad Arti
 habent, ut simulare & dissimulare
 magis sit eorum qui in aulis vivunt
 C 3 quam

quam edere, dormire, bibere, ceteraque
 que natura desiderat, exequi. . Hoc
 ut in humanis obtineat, in sacris non
 semper eadem regule hujus, appendi-
 ces. Dissimulare hic, ut simules pe-
 riculi non commodi gratia si huma-
 num, lubricum; simulare, ut dissimu-
 les commodi non periculi gratia, si pu-
 tidum, improbum; nec unquam diobo-
 laris mihi rex erit, qui simulantem in
 religione, non ut se emendet, sed uti
 placeat, magni fecerit. quid enim?
 Si quis Prætorij præfecto uti placeat,
 seipsum rideat, vix feres, eum cui pro-
 pter te vilis sit qui vestrum fecit utrum-
 que, etiam amabis? Nonne ajunt er-
 go impune tu hæc fieri existimes, cum
 vel Idolorum adoratione homini auli-
 co regi suo adulari liceat? a O præ-
 postera exemplorum citatio! Si quod
 vos innuitis Naeman rogavit, legibus
 si agatur humanis, stricto illi stipula-
 tionum jure a nihil deberi aut legibus
 alijs

al i. § 6

l. 137. de

V. O.

alijs b inuissimis, privilegium saltem, b Vti
 quod ut vel latissime interpretemur Exo. 20.
 personam non egrediatur, c vel Iustitia P sal. 16.
 neus defenderit. Sed quorsum nodus &c.
 in scirpo queritur qui nullus est? Ter- c l. i. de
 ram ille sibi petijt (quia conciones tum cōst. pr.
 erant rare Prophetis mandate, in Sy-
 ria omnino nullæ) ara extruenda, ad
 quam verum ipse cultum exerceret,
 ne in templo idolorum, quo innixum
 sibi more Syriaco regem ad sacra de-
 duxerat, adorans, quicquam videre-
 tur de religione remissurus, ex quo
 primum sibi veritas affulserit. Tu aras
 holocaustis tuis (id est religionis exer-
 citium) tantum abest ne petas, ut vel
 omni gestu regium potius iuueris furo-
 rem, docturus quam sis Naemane a-
 quila melior, lustris sepe aliquot tan-
 to lumini oculos opponens. O festiva
 exempli equalitas! ille occasionem
 deprecatus est ne nimis peccaret, tu
 ipsius quasi privilegio ut impune pecca-

res affecutus es! Veniam date quot-
quot hac aspicietis, ne diu sim, ubi in-
vitus sum: Politicum est nihil quic-
quam in religione fingere, ubi, nisi ita
feceris, nihil ubi sit timendum; si fe-
ceris, nihil hoc ad salutem publicam
conferat. Politicum non est vel solo
nutu refragari ijs in locis, ubi unius
hominis dissensus publicè nihil juverit,
privatum obsit plurimum. Quid mi-
hi in illis placeat, quorum nonnullis,
vix annus est, manes oblatrarunt Do-
mini ab Assonvilla, a ex ijs que atti-
gimus appareat: omnia ego hac exe-
qui, imo pluribus disputare nolim; quis
vel meminisse puidum, Ethnicorum
sapientissimos multa de vi numinis do-
cuisse, ut firmiori saltem vulgus reve-
rentia astringerent; a nostros illi lax-
anda omnem lapidem movere. Quod-
ipsum si eo candore facerent, quo Iu-
deus ille Christiano responderet b (cre-
dere jam possis, quod in Iudaismo he-
ream;

a Vide
ejus A-
theo-
mast.
circ. fin.

a Senec
natur.
quæst.
lib. 2.

b Apud
Suid. in
mon.
no 89.

POLITICVS. 57

ream, per ignorantiam veri non fieri,
 sed per eam dignitatem quam apud no-
 stros obtineo aliàs fortè non adepturus)
 id sanè assequerentur, ne magis exem-
 plo, quàm relicto peccarent. Sin nec
 hoc impetrari poterit, eò saltem respi-
 ciant illi, ne misera prudentia Ethni-
 corum se sapientie equare nequeat, a Vide
 deliria vel superet. Et hanc quidem Morn.
 sanguinis corruptionem cibus rosarum de ver.
 Epicuri gignit; spinis verò Stoicorum Chr. re-
 nutriti, nihil extremae propius miserie lig. c. 6.
 existimant, quam de salutis aeternae ac-
 quisitione dissentientes uno senatu jun-
 gi ac si, magna parvis componendo, so-
 los quondam Stoicos rejectis Peripate-
 ticis ceterisque omnibus in senatum le-
 ctos meminissent. Hi si ijs movean-
 tur, quod odia privata quantum pu-
 blica obsint utilitati, a quam ex reli- Plutar.
 gione omnium oriantur gravissima, nPolit.
 meminerint: neutrum ego negarim,
 nec diu huic corpori consultum iri exi-
 stamem, cujus membra ob unius alte-

riusve corruptionem ita dissentiant, ut
 ut nullum officio satisfaciat. Dissentire
 mihi tum demum liceat, cum nostræ
 scholæ discipulus, ita à Philosophia va-
 riarumq; rerum experientia sit instru-
 ctus, ut semper fas existimet, privata
 odia publicis utilitatibus remittere. b
 amicorum vitia novisse, non odisse, aut
 saltem vitia hominum averfari, non
 homines, quos qui corrigere ad nutum
 nequeat, quid stultius quam inde odisse?
 Miserari vicem aliorum, pium est; in-
 dignari quæ nullius hominis censura
 subsint, a unius non subesse, omnino
 impium. Pari in parem ne sit impe-
 rium lege b sancitum est: verum hu-
 jus allegatio ut in supplicio infelicem
 Conradinum Suevum nihil juverat; c
 ita in sacris omnem ejus vigorem no-
 stra hodie sustulit protervitas. Ca-
 tholicus tu es Romanus, privilegio vis
 gaudere Ecclesiæ, omnes damnas vel
 digitorum percussione obstrepentes; ipse
 Antichri-

b Tacit
 lib. 1.
 Ann.

a Paul.
 ad Ro-
 man
 cap. 14.
 b l. 14. ff
 de man.

c Caraf.
 Histor.
 Neapol
 lib. 4.

POLITICVS. 59

Antichristi mancipium audis. Solus, ais, nostro quasi seculo Lutherus in sacris vidit; imò & caliginis nonnihil prior dicitur reliquisse cecitas, & Hæreticus omnium Concilij Assessorum votis damnatus est. Calvino (existimes) nemo melior verum primæ Ecclesiæ statum restituit; facinus, ita sentiens, facis omnium hodie scelerum flagitiorumq; supplementum. A fori antea tabe, à bellorum te miserijs ô Germania deflevimus, ad hæc Heraclius vel Democritus? Psammenitus quondam Ægypti, calamitatem filie, fatum filij, obstinato miserius est gemitu, casum compotoris magna deploravit ejulatione; quærenti ejus causam, Cambysi respondit: quia dolor hic tali signo potuit indicari: ille major erat quam ut quicquam humani indicij admitteret. a tantum; ad humana me non-
 verto.

a Herod
 lib. 3.

Regum amicitia quam sit res om-

C 6

nino

nino lubrica, ut non omnia exemplis
 Historiarum abundant monumenta,
 dies ipsa satis docuerit eos, qui etatem
 cum regibus vivunt: qui, si pervica-
 ciam inter & adulationem quid inter-
 fit, ex suo tantum metiantur ingenio,
 diu ne benè habeant, periculum non
 est. Qui verò hanc se artem probè
 callere existimet, nunquam mihi disci-
 pulo, semidoctor, si vel leviter inde su-
 percilia tollat. Confidentia enim, ut
 in ijs, qui reguntur, laudem & aliquan-
 do mereat; qui regunt, omnibus inscri-
 ptum parietibus habento. Quò plura
 quis adeptus, hoc magis in lubrico. Se-
 jani vitijs scatebat ingenium; sed ijs,
 quæ stupenda virtutis industriæq; ad-
 mixtio, vel in imperio superasset; a ni-
 mit. lib. si nimia apud Tiberium auctoritas, ad
 4. Ann. ea ipsum consilia impulisset, quibus me-
 ritò publicum perijt spectaculum. b
 b Dion. lib. 58. Thræseæ gravitatem venerabantur ho-
 mines quasi venerentur; interius oc-
 casionem

a Lips. 3.
 Polit.

a Tacit.
 init. lib.
 4. Ann.

b Dion.
 lib. 58.

POLITICVS. 61

casionem nullis amicorum precibus suc-
 cumbens prebuit pervicacia. c Regis c Tacit.
 profecto ingenium, qui ita exploratus lib. 14.
 fuerit, ut non nosse id opinetur, sed ita Ann.
 esse, sepius expertus sit; acutum si
 invenerit, nulli rei, me arbitro, potius
 quam suspicionum occasionibus; sin tar-
 dum, credulitatis ubiq; facilitati, ante
 omnia, prevortetur. Regiorum quip-
 pe, juxta Politicum a nostrum ingenio- a lib.
 rum duo potissimum genera sunt; unum com. 2.
 eorum, quibus satis (sepe nimis) acu-
 tis illud ἀπίσθη intimorum intus
 nunquam seponat, nedum extorqueat;
 alterum eorum, qui alienis trahuntur
 machinis tanquam immobile lignum.
 Horum priora hoc prestant, ut frustra
 adulatores metuat Politicus; quia mer-
 ces hic arti huic plerumq; Gallionica,
 b adeoq; facilius virtuti magnam sibi b Tacit.
 hic auctoritatem parare quanto facilius lib. 6.
 pueri ingeniosissimi, quam Varronis Ann.
 cujusdam instructio, saltem desidia ab-
 su G.

fit & vitia nimis nobilia. In ceteris
 rebus sententia eorum nunquam argu-
 mentis expugnanda, sed meditata bre-
 vitate sanior vix tangenda, quam ut
 vel interdum reijciant, ruminando, se-
 pius privatim probabunt: In persua-
 dendo autem hic succumbere, in actu
 inde ipso digitum quasi transversum à
 sententia discedere, res ipso periculo
 periculosior; nihil hic, rectè vel secus
 res ceciderit, expectes præter odium,
 imò si benè, ea regij est ingenij pervi-
 cacia, etjam invidiam. Ad Claudij
 & Vitellij discipulos quod attinet, hi
 quid velint, non magni refert; illis
 privatim persuadere in quorum disci-
 plina sunt, summa felicitatis existi-
 mandum. Quorum enim aut animus
 vitijs ita corruptus, aut aures assenta-
 tionibus incantata, ut ille rationis, hæ
 veri nihil admittant, nullius est laboris
 à sententia abducere, modò quæ id a-
 gat ratio, illorum aduletur ingenijs
 qui

POLITICVS. 63

qui scepro parent, sceptrigerulo imperant, quos ubi inveneris, facile est principem nosse, imò judicare. a Au- a Vide las diversas vides? Illic uno virtutis Cic. in candore solidè tinctus; hic vario ejus lib ad colore speciosè depictus, maximus erit Q. fr. Politicus. Horum ille cataphracto vehitur, à tempestatibus navigat securior; sed si semel evertatur, raro naufragium effugit; hic lembo portatur, vento etiam levissimo deicitur, arte quamminima denuo erigitur. Quibus rebus remedia aptissima, ex ijs quæ diximus, haurienda, indicia ceriè tesseræ sunt, officiorum omnium creberima vel rara mutatio, ministri, pro ratione munerum, vel temerè cari, familie ejusdem sanguinisve modici vel nimij, cæteraq; quæ lubentes præterimus, ut quatenus obsequi, vel obniti regi, cujus cujus ille su ingenij, politicum sit, tribus verbis indicemus, reliqua eodem numero inferius consilijs perstrictis-

perstricturi. Equidem quàm diversa sit obediendi ratio unius alteriusve, & totius populi, nemo ignorat; modo ejus non obliviscamur, quam à paucis, qui consilijs præsumunt proficiscentia, mox universos obstringant; eorum verò nihil salubrius illis, quibus in supremam legem, salutem populi, publicè, lege, privatim, exemplo nihil peccetur. De exemplo, si eos haberemus principes, quorum præcordijs, non auribus insurratum probè fuerit, Homo es ô Philippe; quive se Imperatores militum, dominos servorum, cæterorum principes tantum existimarent, a labor sine sudore foret. Iam quia sæpe cum illis benè agier opinemur, in quibus saltem umbra quedam earum rerum appareat; vitijs illorum ita indulgere, ne licere minus quam libere existiment, putide adulationis indicium; obliterare passim, vel publicè, res periculosa, quæ magis irriter quam sanet, præcepto-

¶ Lip. in
comm.
Tacit.

POLITICVS. 65

praeceptorem, quam senatorem deceat.
Arte enim sola hinc opus est, exclama-
tionibus intempestivis aut immodicis,
vel nutritrix dixerit:

Nec me fugit, quam durus & Apud
verè insolens, Sene. in
Ad recta flecti regius nolit tu- Hippo-
mor.

Quemadmodum enim artium li-
beraliorum praecepta nemo tradiderit
rectius, quam qui maximè necessaria
doceat, leviora vel usui relinquens ob-
servanda, vel facilius deinde, in tran-
situ, indicaturus: ita principem qui
corrigit vitiosum, multa illi impunè
concedet, quod eum à gravioribus hæc
indulgentia abducat, nunquam vali-
dior, quam in apophthegmatis concin-
nis, perstrictionibus opportunè brevissi-
mis, apologis acutis, in annulo, char-
tula, vel imaguncula exculptis potius
quàm aperte narratis. Quid si hæc
nihil procedat via? Quo minus esse-
cerit, hoc magis sudabit: nunquam
adeò

a Vide
Dn. de
Nue, in
fin. disc.
ro.

b Tacit.
lib. 4.
Ann.

aded defatigabitur, ut vel legi, vel
sententia nimis in summam illam le-
gem peccanti, specie obsequij subscri-
bat, a *ὀλιγοπολιτικότης* cum
rege suo vixerit; ad quasuis offensio-
num occasiones cautissimus; hinc mo-
destia & *δουλοπία*, quam integra-
lis ostentatione, odia immerita propul-
sans: qui timeat, quasi semper cum
rege victurus; confidat, quasi cras au-
la eijciendus; caveat, ut quicquid ac-
ciderit, inopinatum nihil accidat, aliàs,
prudencia, an fato quodam ac sorte na-
scendi, ut cætera, ita principum incli-
natio in hos, offensio in illos? b Re-
stat privatorum officiorum pars ultima
latissimaq;, quæ benivolentiam erga æ-
quales, comitatem erga inferiores po-
liticam delineet.

Qui in aulis vivunt, nulla se ma-
gis arte, cæteris hominibus præstare, si-
bi persuasum habent, quam humani-
tate; quam sanè opinionem, si, ut ver-
bis, ita

POLITICVS. 67

bis, ita re ipsa defenderent, rem se facerent dignissimam. quod in celebritate viventes, ea excellerent virtute, quæ aded hominis propria, ut ab ipso homine nomen acceperit. Turmam hîc ego Pyrgopoliticum non recognoscam, qui titulorum harmonijs, ut cantu Delphines, delentis, ex asse satisfactum existimant, tantum si gravitati demserint purpureæ, ut sine stomacho ad rogata admurmurent: tecum mihi, Poluice, actio, qui, cum de humanitate tua omnibus constare cupias, ita te optare, singuli quin animadvertant, ipse domo impedimenta affers. Etsi enim adius præbere satis faciles honorem minus inhibere quam redhibere, à colloquio, quod verè augustum, neminem tristiores a remittere a Suet. summa sunt humanitatis indicia, & in Tit. encomium ejus assequendi rationem contineant optimam; non tamen, quod volunt, satis impetrabunt, nisi studio omnium

omnium caveatur maximo, affectatⁱ
ut quamminimum hinc appareat; ut ne
persona magis, quam facies, videatur.

a Elegā
tiff.

Com.

Castigl.

in Cor-

veg. l. 1.

a Nemo satis magnam, nemo satis fir-
mam humanitatis assequetur famam,
qui vel humanitatis studiosissimus, su-
perbia non sustulerit suspensiones. Su-
perbiam dico, non quae apparatu ni-
mio & nitore soricem se facit; sed &
hanc, & illam inprimis huic quasi op-
positam, quae dum nimis se tegit, nimis
se prodit. Familiam alere, vestitus
comto, victu lauto, habitatione uti
splendida, non sunt, mihi crede, quae
superbia arguant hominem Reip. na-
vantem; atqui haec ita curasse, ut non
dignitate haec augere, sed dignitatem
hinc potissimum quaerere videaris, vix
erit, ut nihil offuscet. Quod si horum
nonnulla tu, quasi contempnas, in cae-
teris extra numerum anxius existas;
purpuram pedagogijs tuis destines,
ipse parvis utaris, colloquij difficulta-

rens

POLITICVS. 69

tem apud te potius, quàm apparitores
 tuos damnes in omni responso, non
 quaeraris, sed graviora rogatis, pol-
 licere, ut à plebe, omnium votis
 humanissimus renunciare, me Epichar-
 mus nescio quid monet, si unquam, hic
 gravissimè. Si enim uxor tua, si fa-
 milia, si suppellex, si orationis tue suc-
 cus, non verba, fastu nullo, collegarum
 inferior, abyssonè mendicantium ita
 me occubabis, ut corpus purpuram, ani-
 mum tuum superbiam, eodem depo-
 sisse momento existimem, cum tena-
 cius hanc pauci retineant, quàm qui
 jaçantius contemnunt? O quàm te
 decipis, qui me non decipis! Novi e-
 go, novi, quod in arrogantia, a quem-
 admodum in armis auratis, non simi-
 lia sunt exteriora interioribus. Iam
 diu est, ex quo didici, quod magnus is
 est qui fictilibus sic utitur quemadmo-
 dum argento, nec minor ille est, qui
 argento utitur quemadmodum fictili-
 bus.

a Stobæ.
 ex Diog.

b Senec. bus. b Diogenem tu nunquam audi-
 in Epist. sti, qui purpuratos cum vidisset Rho-
 dios, hoc nihil est, dixit, præter fa-
 stum: in Lacedæmonios deinde cum
 incidisset arroganter pannosos, hæc
 a A Eliã. longè alia, inquit, est superbia. a At
 var. hist. fuco saltem orationis ita sexcenties pec-
 lib. 9. care licebit Fieri tamẽ & hoc fortè po-
 terit facilius, ut, quia purpuram tu se-
 posuisse, non abiēcisse videaris, operas
 libertorum passim offeras, patrocinium
 raro præstes, id tibi accidat, quod a-
 dolescentibus mendacibus solemus in-
 culcare, ijs nec verum loquuturis fi-
 dem habnum iri: tu scilicet, si quid a-
 gas modestius, fucus; promittas since-
 rius, ex more, quàm amore profectum
 videatur. Quid queris? Res ad ar-
 bitros deferatur; num πολιτικότε-
 ς qui rem clien is perditam sponte
 præterit, specioso studij sui ludibrio mi-
 serum quam diuissimè deridet; illo,
 qui damni illud quare caveri à se non
 potuerit

pot
 hoc
 rat
 pit
 cetu
 hab
 hom
 xim
 Reip
 vitæ
 tem
 lo, in
 mon
 in b
 sunt
 virtu
 cum,
 ferio
 ris, v
 tui q
 le, siv
 viuos
 Cesar

POLITICVS. 71

potuerit fatetur: quamobrem minus hoc ab illo agere ferendum, docet; qua ratione potissimum id resarciat, precipit; operam ad hoc consiliumq; pollicetur quam planissimè. Atqui non habent crebra vel longiora cum plebejo homine colloquia id gravitatis, quo maximè acquiescit eorum autoritas, qui Reip. presunt. Ain tu? Imo non vite spiritus, non vocis sonus, optima-tem à vulgo discernunt; sed vite, in illo, integritas; in hoc perversitas; sermonis, in illo, mixta comitati gravitas; in hoc, vanitati comes levitas; hæc sunt quæ differentiam constituunt. A virtute quicquid proficiscitur, sive tecum, sive cum superiori, sive cum inferiori agas, modò cum viro bono egeris, vitij nunquam damnabitur: virtuti quæ refragantur, sive cum Achille, sive cum Thersite negotium fuerit, vitiosa utiq; judicabuntur. Augustus Caesar cum Alexandriam victor intrasset,

a Plutar.
in Apo.

a Tacit.
lib. 2.
Ann

trasset, manu hospitem deductum ad
arcem usq; colloquio deinuit; imò,
etiam hujus beneficio salutis partem A-
lexandrina deberi, confessus est: a ne-
mo comitatis eum nimidò arguit, utpote
que vitio caret. At nepos ejus nulla re,
præter fortunam, avo minor ubi comi-
tati cū Philosophi Græciæ conversandi,
etiam Græcæ vestis adjecisset levita-
tem, non temerè à patre castigatus est.
b Quæ natura omnibus communia de-
dit vitæ & sermonis conjunctio; hæc
quam optimè societatem omnium ho-
minum tuentur & conservant: quæ
verò ex his in hominibus, ut vitiæ in
cædis vitiosa, putredinem contraxe-
runt, meritiò aspernamur. Sic, ser-
monem cum plebejo, de salute plebis
cadere, extra noxam; ad deliria si de-
scendatur, proprias vulgo calumnias,
præjudicia absurda, vana voluptatum
inullationes; hinc sapienti, Pax. Sic
populo vel privatim interdum, in con-
gressis

gre
sce
hor
aut
bea
om
sec
lis t
de l
sum
mov
olep
gen
quo
Stoi
furo
ijs
obje
linc
bor
preo
nobi
Spec

POLITICVS. 73

gressu vel convivijs jungi, res ad no-
 scenda hominum ingenia, devincendos
 hominum animos promissima, imò ad
 auctoritatem ejus, qui cerebrum ha-
 beat, augendam, aptissima: luxuria
 omnis ebrietatisq; ultimum actum cum
 face populi, velle exhibere, res singu-
 lis turpissima, qui vel somniantes rectè
 de Republ. cogitarint. Mulum, ne
 cum sarcinis procumbat, oratione raro
 movebis, baculo facile resuscitabis:
 elephantem però oneri succumbentem,
 generositatem exprobrans equalium,
 quovis perduces. Vulgo semper, ut
 Stoicè loquamur, deliranti, ne sponte
 furorem vino accersat, nullis blandi-
 tijs persuadebis, clade jam accepta, ad
 objurgationes suspirabiur: verus po-
 liticus facile seipsum vincet, ne unius
 berula suavem insaniam magno lœdij
 precio emat. Ex quo illud apparet,
 nobis non satisfacere, qui humanitatis
 specie Satyros in hac usq; demera co-
 mitemur

D

mitetur



a Vide *mitetur; a eum verò, qui in ipso ini-*
Plat. l. 2. nere subsistat, facile iudicatum iri,
de L L. ita gravitatem humanitate condire,
ut nec facilitas auctoritatem, nec seve-
ritas amorem imminuat. Hoc super-
est, ut qui omni superbia suspicione
absolutus, cuius ex populo, opera,
consilij, beneficijs, vel preceptis ne-
mini se defuturum, salva persuaserit
auctoritate; apud sui, dignitate, simi-
les, quò equalior est conjunctionis ra-
tio, hoc magis nitatur, ne quid eam
impediat benevolentiam, quæ reci-
b In *Ly* *procam, à Platone, dicitur b gigne-*
fid. re amicitiam. Quod, ut à rudiori-
bus, animo nimis inflato committi
posse opinemur, non est quod præter
c *Comi. regium his opponamus proverbium, c*
comm. Dedecus & detrimentum pedisseque
lib. 2. sunt superbie: apud nostros homines,
non semel accidit, ut divitiarum, gene-
ris, dignitatis, imò & doctrinæ prestan-
tia, provocari quàm provocare malit. Hic
si quem

POLITICVS. 75

si quem philautia eò locorum redigat,
 ut pueri in pila lusu ea observasse vi-
 deantur, quæ politicus in vita sua non
 videat; jam conclamatum est. Cum
 enim ex pueris vides exercitatiores
 quidem longius invicem distare, nec
 tamen ided dum à rudioribus provo-
 centur, expectare; sed quo eminentio-
 res & difficiliori loco sint constituti,
 hoc obnoxius eniti, ut accipiendi mit-
 tendiq; solertia cæteris sint exemplo:
 tibi quid in liberalitatis benevolentiaq;
 officijs imitandum, non, quasi in spe-
 culo, videbis? Sole luna, ut minor,
 ita propius à nobis abest; plus tamen
 ab illo luminis. Turmæ equitum
 ab hoste circumventa, decurio globo,
 præfectus turma, tribunus integra co-
 horie, magister equitum omni, quod
 è Republica sit, equitatu subsidio solet
 proficisci, itaq; à natura compara-
 tum, ut plus expectetur ab illo, cui
 plus fortuna tribuit. Quid verò, si
 D 2 quis

a Valer.
Max. l. 4
b Cic.
lib. 1.
Offic.
c Hor.
de art.
poët.

quis non pleraq³, sed singula abijcias
externa, potius quam ut his impedia-
tur; Scipionis Æmiliani a rationes
imitando vincere, quam Cn. Octavij
b imitari malit? Poëtas adeat, ex
eorum præceptis collecturus; c quid in
illo, qui casu, studio, vel vitio priva-
tim latitet; quid in illo, cuius splen-
dor & fortuna cum Republica sint con-
iuncta, nostri mores desiderent. Et
hec privato quasi examini sufficiant;
de publicis, unica restat consiliorum
de Republ. factorumq³, cum do-
mi tum foris amissis. Hic itaq³ in-
primis hoc opus esse videtur, ut qui de
Republica dicturus sit, nullius homi-
nis, uter uter ille sit, commodum vel
intertrimentum, gratiam vel offensio-
nem, salute potiozem habere publica
videatur; quod, sicut in stagnis uligi-
nosis pisces capiuntur putredinem sa-
pientes, ita ex animo odio vel adula-
tione præoccupato sanz nihil proficisci-
tur.

POLITICVS. 77

tur. Talem autem de se opinionem
 quamplurimis infudisse, summa indu-
 strie & laboris est, semel conce-
 pta tueri, quia dignitas facilius
 crescit quam incipit, ^{a Senec.} a permagni
 quidem, sed non tanti. ^{in Epist.} Mibi ni-
 bil hinc augustius occurrit, quam posse
 ita persuadere omnibus, ut semper
 quam optimè quis de Republ. velle
 sentire videatur; deinde ita agere ut
 quam sepius à quam plurimis in
 ipsius eatur sententiam; deniq; si quid
 factum fortè à se fuerit, quod alijs
 nauseam excitet, sibi ne fraudi sit, ap-
 primè cavere. Ad auctoritatem igi-
 tur optimè de Rep. sentiendi paran-
 dam, valdè mihi oportunum videtur,
 quod in ceteris rebus omnibus accidit,
 ut semper, qui trita minus quicquam
 ratione assequitur, plus admirationis
 excitet; cum fieri id vident homines,
 quod quomodo fiat, non omnes capi-
 unt. ^{b Cæs.} b Etsi enim de Rep. orationibus
^{de bell.}
^{civ. l. 2.}

D 3

NON

non minus longis quam meditatiſ diſſerere, magna ſit autoritatis, maximum autoritatis alimentum; non parum, nova tamen autoritati concilianda, hac agendi ratio validior; meditari quamdiutiſſimè, loqui quam breviffimè: modò ita mediteris ut hoc à te agier, omnes ferè intelligant; ita loquaris, ut hoc egiffe, nemo dubitet. quid velis, dicas; ſed ita dicas, ut plus, quàm loquare, ſignifices. Non erat ejus ætatis major Africanus, patre paruoq; amiſſo, ut de Republica in ſenatu interrogetur; imò ſi fuiſſet, ullone verborum ambitu eam ſibi autoritatem peperiffet, quam ſua ille methodo aſſecutus eſt? Solus in cælia Iovis quotidie de virtute & Republ. ſecum meditatus eſt: Hæc ipſa nec plebi (vel generis ludibrio contentæ) nec cuiquam ſe agere negavit; honores non magno preſavit ambitu, ſed ipſo, quo commodiffimum videbatur, momento prius

POLITICVS. 79

prius impetravit quam petijt; de Rep. non ante locutus fuit quam cum opportunissimè, una oratione, factum solitudinis inprimis sue, cum probare, tum venerari populum Rom. cogeret.

a In consilijs, quid adolescente hoc a Liu. etate non animo Reipubl. immaturo, Dec. 3. magis politicum; illi presertim cui lib. 6. magnæ autoritatis fama nondum obvenit? Cellam veri Iovis sedulo intrare domi solitudinem affectare, commode hoc Reipub. fieri, non negare, ostentationisne habet nimium? Ostentationis est, rerum magnarum tractationem, quæ vel propriæ conscientie non satisfaciat, vel hominibus satisfactura desperetur, pompa velle exteriori confirmare: ostentationis nihil habet, id quod merito agas, sedulo agere fateri. Etenim qui deliberationes publicas in speculo prudentiæ intueatur, quod passim animadvertit, vel invidius fatebitur; illos qui & ante

negotium, & in ipso negotio, auscultationi, quam disputationi intentiores fuerint, tribus saepe verbis, quae ex ijs quae dicta sunt exceperint, rem maioris pronunciasse momenti, quam qui orationem longam dixerit. Hoc autem ut solo ingenij quidam efficiant acumine, illud nec nisi Dijs genii potuerit, nec eo gaudet privilegio, quo diu multumque praemeditata, ubi eventus non respondet, fruuntur. Quum, enim, (ut Socrates a sentiebat) non queritanti quicquam boni, cuiquam occurrit, secundam fortunam hoc esse: cum verò doctrina & exercitatione bene quis agat, hanc bonam actionem esse quique hoc meditantur, illos bene agere existimandum. Quae è re sua forent, cum de regno differeret, diu antè secum deliberasse Iugurtam, nemo dubitarit; unius adolescentis animo & auribus prius, quam lingua repugnantis Laconismus rationes omnes iaver-

a Xen. o.
lib. 3.
ἀπομν.

POLITICVS. 81

inverit. a Cum de imperio capessen- Sall in
do ab excessu Augusti, hinc imitamen- lugurt.
tis modestia, illinc precibus certare-
tur, Tiberij personam magis unius de-
rexit Asinij quasiuncula, quam totius
senatus ad imas obtestationes demissio.

b Sed quorsum hæ argutie vera auto- b Tacit.
rum suorum ruina? Eò scilicet, ut in- l. i. Annæ
telligatur (ex eventu enim sellarij ju-
dicent) quanti, diu auscultasse, perop-
portunè breviter ad rhombum dixis-
se ad auctoritatem conciliandam, mo-
menti; quo hoc animadverso, à pro-
bandi ego onere levaret, neminem
huic rei potiozem eo, qui non solum,
quæ à cæteris dicerentur, auscultavit,
sed & quæcunq; dici possent, animo suo
antea quam gravissimè proposuerit.
Cujus ut nihil dicamus ulterius, unica,
post magnas vel exterorum, vel Spar-
tanorum minus Laconizantium dispu-
tationes dissertiuncula Laconica, c hoc c Vide
mibi videtur agere, ac si prunas illi passim
Thucy.

D s crebra

crebra opprimere guttularum aspersio-
 ne voluerint, hi aqua infusa exiunxe-
 rint. Caterum, sicut in scholis scire
 tantum non sufficit, sed & docendi ars
 a Cic. l. 1. quadam existere videtur, a ita de Re-
 2. de LL. publica parum est optimè sentiendi
 nonnullis spem fecisse; nisi quis ceteros
 quam optime ad suam nori traducere
 sententiam. Industria illic, hinc ar-
 te opus quamplurima: persuadendo
 hoc ipsum assequi, oratorium; hac ubi
 nihil successit, alia rem aggredi via,
 politicum. Solon, Lycurgus, Anni-
 bal, Sertorius aliq; plurimi, quam
 multa omni populo, stratagemate, vel
 salubriter fingendo persuaserint, quæ
 nulla orationis gravitate persuasissent,
 nesciet, qui literas nescit. Themisto-
 cli sane nec consilium nec oratio ad
 muros suppediabat ligneos, unum
 miraculorum figmentum populum per-
 suasit b Atheniensem. Quod ut in
 sacris nostris, quæ Themistocleis sunt
 sanctio-

bPlutar.
 in The-
 mist.

POLITICVS. 83

sanctiora, non utiq; liceat; in ceteris,
 artis vel noxæ plus habebit, privatim
 peccasse, ne publicè peccaretur? Hoc
 pace, hoc bello factitatum, nec Scipio-
 nis quicquam exercitum in Africam,
 præter mentitum Syphacem a socium
 traduxit: nec quicquam disciplina si-
 milis Machiavellianæ hic timendum:
 b ex qua sicut ego malitiam nimis Ita-
 lam, ruditate nimis Germana dete-
 ctam nollem amplecti: ita Antima-
 chiavellus, aut Antimachiavelli me no-
 lim damnent, si nusquam fieri posse ne-
 gem, ut ubi vel Epicureus, vel Stoicus
 sit Machiavellus, summi Politici summi
 aliquando videantur Socratici. In
 popularibus tu hoc perstringis Diodote,
 c quod ubiq; sapissimè necesse est, ut
 qui vel optimè sentiat, rectæ sententiæ
 fingendo fidem faciat. Turpiter pec-
 cat, qui in amicos quicquam commit-
 tit, ut sibi lucretur; sed, qui parum in
 se committit, ut multum amicis lucre-

a^a Liu.
 dec. 3.
 lib. 9.

a Vide
 Socr. a-
 pud Xer-
 noph.
 lib. 4.

c Apud
 Thuc.
 lib. 3.

D 6 tur,

tur, politicè non peccat. Nam qui
 virtuti militat, sub eodem merent
 imperatore, sed non iisdem militans
 armis. Imò, quod hîc attigimus, asy-
 lum saltem est politicum, ita uti has ad
 angustias raro redigatur, qui autorita-
 tem apud omnes, benivolentiam apud
 singulos, ex nostra sententia, domi par-
 tam habuerit. Habebit utramq, fa-
 cillimè, cui ea aderunt, quæ de illius
 conciliatione, hujus declaratione, di-
 sputata à nobis sunt; momentorum si
 præserim & observandorum & indi-
 candorum sit curiosus; quæ, scilicet, ea
 sint negotia quæ multum deliberatio-
 nis, executionem modicam; quæ item
 deliberationem equidem maturam,
 sed non pomparum ferculis similem,
 executionem verò desiderent quàm-
 celerrimam, Sed quid, si vel firmis-
 simas prudentiæ vineas balista quariat,
 cujus cuspide insculptum sit oraculum
 servile,

Cen-

POLITICVS. 85

Centum doctum hominum
 consilia sola Pseud.
 hæc devincit Dea fortuna? apud
 Plaut.

Sententia ex ipso eventu lata sanum
 neminem nimis torquebit: πολιτικό-
 τᾶτος mibi ille, qui casum machinæ
 in fidem suam immisissæ, ita in con-
 silium verterit; ut hoc ipsum quod à
 populo perfidie arguitur, id suæ apud
 regem auctoritati præstet, quod fermentum
 farina. Nimie erroris expro-
 brationi cedere potius, quam resistere,
 ineptientis est, errando malle insanire,
 quam ab ingenio discedere, furentis:
 Errare, labi, corrigi, humanum equi-
 dens est, imò feliciter errasse, (id est
 veritatem nemini unquam postposuis-
 se; veritati, non obrutum sed oppu-
 gnatum, cessisse) verè politicum: ve-
 rum castra, ob rumores, nec mutabit
 nec deseret, qui certus sit se extra val-
 lum Prudentiæ non tetendisse. Hoc
 qui sciat, ab ingenio suo, rectaq; agen-
 di ra-

a Liu.
dec. 3.
lib. 2.

b Apud
Tacit.
lib. 2.

c Cef. de
bell.
Gall.
lib. 8.

d Sall. ad
Cæs.

di ratione, unguem transversum non
discedet, sed magnum illum imitabi-
tur, qui primus Maximus a dictus
est. Relinquendum esse rumoribus
tempus quo senescant, in casu pessimo
optimè Domitius consuluit; b quod
qui verbis nimium se purgarit, nun-
quam hoc assequetur, ne saltem excu-
satione opus fuisse non videatur. c Ad
convitia (ui docuit elegans aliàs se-
cundum præcepta Hetruric Politicus,
Cesar Tiberius) nemo scitius respon-
det, quam qui nihil respondet; nec, si
tàm multi ingenia hominum, quam
in ea calumnias nossent, vivum diffi-
cile mihi foret ejus rei exemplum re-
citare satis politicum. Verum enim-
verò etsi difficultates facilè omnes supe-
ret, consilium regi vel Imperatori da-
re, d quod tamen inde speret, nihil est,
qui domi rectè deliberata, peregrè mi-
nus commodè administraverit: admi-
nistraturus ea nemo magis est politicè,
quam

quam qui nec hilum magis quid à
 principe suo in mandatis habeat, quam
 quibus cum hominibus agat, cognarit.
 Nam qui genti huic, quæ servitutis est
 impatientissima, plena libertati impar,
 rem unam eandemq; eadem ratione,
 qua illi persuadetur, cui omnia adsunt
 præter animum constantem, sit persua-
 surus, ne ille gravius impinget, quam
 qui pedem laeserit, qua in re cum quo-
 tidie peccari cognoscimus, tum mul-
 tis ante nos seclis hic erratum vi-
 demus. Navalis, ex antiocho, vi-
 ctoriola gloriolam, cum eam sibi lega-
 ti Rhodii auctoritatem peperisse som-
 niassent, quæ facile Perseo pacem im-
 petraret, Romanorum animos jam
 ipsam Ambitionem esse, aded oblit-
 fuerunt ut unicum saltem reuulerint
 stoltae superbiae beneficium, nemini
 mirum fuisse, ad quos missi essent,
 ignorari ab ijs, qui se ipsos, & eos à
 quibus venissent, ignorare videren-
 tur.

a Liu.
dec. 5.
lib. si

ur. a Ætolorum legati, cum sub-
Ætolorum conditionem, in omnibus sa-
tisfacere nihil exprobrare, parum exa-
ctè didicissent, qua permulcere Roma-
norum aures oratione voluerant ita of-
fenderunt, ut hostium numero habe-

b Liu.
dec. 4.
lib. 7.

rentur. b Divi Maximiliani certè
prima ad civitates Italiae legati, nul-
la re magis imperata impedierunt, c

c Com.
lib. 7.

quam quod nimis ea peterent, quæ of-
ferre, non rogare debet is, qui quic-
quam ab Italis expectet. d Et quid

d Com.
de bell.
Neapol.
lib. 5.

verbis opus? Quoties publicè quid ro-
gatur, quod non impetretur; quoties
concordia dissidijs, pax bello muta-
tur, nemo est cui non facillimè persua-
deatur, eos, qui legati his de rebus
fuerint, secus, quam dignitas eorum à
quibus venerant, vel ingenia & mores
eorum ad quos missi erant, postulaf-
sent, egisse. Quæ quomodo fiant,
ut ex singulis negotijs quam oratione
discatur commodius, quomodo cavean-
tur, no-

POLITICVS. 89

tur, nobis dicendum foret, nisi ea in
 præceptis nostris antea posuissemus, un-
 de hæc dependent omnia. Atq; hîc
 ego te, quicumq; in scriptum nostrum
 incidetis, circulo Popiliano a includo, a Vide
 unde excedi vero antequam probè te- Liu.
 cum cogitaris; num vel unius hujus rei dec. 5.
 gratia, satis commodè studia à nobis lib. 5.
 ea fuerint commendata, que ad sum-
 ma non aspirantibus, minimè proba-
 buntur. Ita & de candore nostro re-
 tius statues, & ubi, quam cætera his
 exactè cohæreant, animadverteris,
 facilius tibi, me eum informasse & de
 pinxisse, persuadebis, quem in sua
 Republ. politicum & regium virum
 Plato nominavit, b qui omnia hæc
 serie comprehendit, atq; ita civitati
 præsidet, ut nihil eorum, que beatam
 efficiant Remp. prætermittat. b In Di
 al. de
 Reg. in
 fin.

Tandem ad vos, unde ceperat,
 redit oratio. Vestris ego manibus scri-
 ptum hoc, Principes genere & virtute
 illustris.

illustrissimi, consecro; non quomodo,
 putido versurarum more munuscula
 homines Principibus mittant, ut
 chartam auro permutent: sed quomo-
 do rationum omnium tabellæ debentur
 illis, quorum maximè interest, ut
 commodo omnia reipub. stant. Mu-
 nera vobis digna mittant, qui mune-
 ribus abundant, & quibus vitio hoc
 dari nequeat; à me quod offertur,
 contum non est, sed honestum; non
 operis elegantia, sed dignitate mate-
 riæ, vestro splendori proprium. Hoc
 ipsum si vel singuli, ut cuiusq; feri li-
 bido, interpretentur; me mea soletur
 conscientia; ab animo semper meo
 exulasse sordes, & ingrati crimen a-
 nimi. Extant parentis, cuius sancta
 apud omnes memoria, vestri, extant
 vestra, in patrem meum mihi meritò
 venerandum, clementiæ indicia: ve-
 rum hæc patris mei laus esto, ita fecisse,
 ut imò sibi obsequio benevolentiam fa-
 milie

POLITICVS. 91

mitra vestra illustrissima conciliaret;
mibi meisq; aeterno hoc erit honori, pa-
trem habere qui facere ita potuerit.

Ad humanitatem vestram verè re-
giam, aditus patri meo per animi vir-
tutem patuit: mibi, si quid ejus rei
ab animo meo olim possideri potuerit,
totum jam ab initio vobis mancipasse,
fraudi saltem ne fiet. Quod ut ne sit,
tantopere exopto, quam hoc exopto,
ut ex arbore Pipini semper germine

surculus Ducum Brunsvi-
censium & Lunebur-
gensium.

FINIS.



ROSTOCHII
Prælo Reusneriano.



Sumptibus Laurentij Al-
berti civis ac Bibliopole Lu-
becensis.

Anno M D C.

Blank manuscript page with faint horizontal lines and a small handwritten mark on the left edge.

1-

—



L' ~~un~~ emacher
Orren del. H. Prof.
Helmsch. Antiquitat
gracior Saktia. 8.
Helmsch. D. 1734.


153801


X 220 3749

66.

VD 17

R





VIR
POLITICVS

Genio & Virtuti

Illustrissimorum Principum ac
Dominorum,

Dn. HENRICI IVLII postulati Episcopi
Halberstadenfis,

&
Dn. PHILIPPI SIGISMVNDI po-
stulati Episcopi Verdenfis & Osnabur-
genfis,

Fratrum Germanorum, Ducum Brunsvicen-
sium & Lunaburgensium, &c.

(ut aeterna fidei in ipsos & obsequii esset nota)

Dedicatus per
IOANNEM AB AFFELEN.
Io. Fil.



ROSTOCHII
Exprimebat Christophorus Reusnerus.
M. D. C.

2

